

01

A

6639

1. De Differentiis Iuris Romani et Germanico  
in Senat. sen. held. Peklejan Erkell.
2. Status qualis Nobilis. in cap. Jur. scilicet Defensio  
Defendens. Prospice Gundling.
3. In nobilitate gentis. Pr. Gundling
4. De feudis sex illi. ab e. te.
5. Sociis et regiis iuris partis. Pr. Ludewig.
6. Differentiis iuris feudalis communis atq. Potiss. Ludewig.
7. Et iuris communis et iuris fisci. <sup>in civitate</sup> Potiss. Ludewig.
8. Et iuris Romani et Germanici in re militari postum  
Capitulum. Pr. Ludewig.
9. De fine Postatum hereditatis. Ludewig.
10. Transmigratione Actuum. in By Impetu Amiciss. Ludewig.
11. fine suffragii Regis Bohemiae. Pr. Ludewig.
12. Protagione Investitura. Ludewig.
13. Fide retractandi transactionem. idem
14. Differentiis iuris feudalis communis atq. fisci. Ludewig.
15. Prebatus Testa. iuris liberatus. Pr. Ludewig.
16. Despatum. dis patre nexo. cum S. P. Impo. Ludewig.
17. Differentiis iuris communis et saxonici in simultanea  
investitura. Ludewig.
18. Formula. Brandenburgi. Ludewig.

13

Q. D. B. V.  
PARADOXON  
PRO IVRE RETRACTANDI  
**TRANSACTIONEM,**  
NOVIS INSTRVMENTIS  
REPERTIS,  
ad L. 35. ff. de re iud. & LL. 19. ac 29.  
C. de transact.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
*SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,*  
**Dn. FRIDERICO VVILHELMO,**  
PORVSSICI REGNI PLVRIVM QVE IN EVROPA  
PROVINCIARVM HEREDE,

SVB MODERAMINE  
**IOH. PETR. Ludwig / D.**  
POT. PORVSS. REG. CONSILIARII ET HISTORIOPH.  
IN FRIDERIC. P. P. ATQVE IN MAGDEBURG.  
DVCATV ARCHIVARII,

DISSERET IN PVBLICVM,  
**BENIAMIN BENEDICTVS HOELDER**  
WVRTENBERGENSIS,  
D. XIII. DECEMB. cI<sup>o</sup> ICCCIV.

---

HALAE HERMVNDVROR.  
TYPIS CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, ACAD. TYP.

## СИДЯЧИЕ ГЕРНОИ

The CHRISTOPHER ANDREE LETTERS AND THE



## PROOEMIVM.

§. L



Arentis mei, dum uiueret, uoluntas  
fuit, ut ante specimine quodam Aca-  
demico vires experirer, quam disce-  
derem Fridericiana. Coeptum eius  
arbitrio institutum, proh! morte illi-  
us improuisa infractum ac tantum  
non penitus prostratum fuit: animo  
meo patris indulgentissimi obitu, mi-  
serum excruciatu. Ast cum liberis quaedam religio impe-  
ret, ut defuncti etiam genitoris iudicio stent atque vel hoc  
uenerationis ac pietatis officio manes eius prosequantur;  
ad priores huius lucubratiunculae curas existimaueram, mi-  
hi quoque omnino esse redeundum. Argumentum opu-  
sculi *Dn. Praefidis, doctoris ac hospitis mei honoratissimi*, arbit-  
ratu selectum fuit. Partim quod publica aequa ac priuata  
id iura attingeret: partim, quod multis horum temporum  
controversis decidendis aptum: &, quod potissimum est,  
nouae in primis spartae, qua sacra Porussiae regis scrinia in  
hoc ducatu curae eius demandata sunt, valde congruum  
esse, ipse arbitraretur. Maximum enim archiotae efficium  
in eo uersatur, ut antiqua & uetusitate sepulta *instrumenta*,  
non solum ab interitu tineisque ac blattis vindicet custos  
probus; sed haec etiam quantum quidem fieri potest in tan-  
ta literarum ac rerum diversitate, sibi familiaria reddat, ut,

A 2

casu

casu sic exigente, ipse reipublicae iura hinc ostendere queat & adiuuare: ne per indices tantum aut catalogos sapere, quod uiri eruditii non est, uideatur. Sed vulgo auocare ac tantum non deterrere solertes animos solent, a studio uetus stisimorum, plenaे quamuis fidei, monumentorum. Id a iunt, pridem de his casibus *transactum* esse: frustra igitur pristina iura, pactionibus nouis sublata, eapropter in arenam reduci. Hoc perpetuum ac constans totque auctoritatibus munitum dogma esse iuris civilis Romani, ex variis locis eruunt, amice inuicem conspirantibus L. 19. C. de *transactio-*  
nib. l. 4. C. de *re iudicata* l. 35. ff. de *re iudic.* & qui textus alii sunt generis eiusdem. Non leuis itaque argumenti controversiam tractandam suscipimus: *utrum transactio, nouis instrumentis repertis, iure posse retractari?* Deus numine suo adsit dicendis.

## CAPVT I.

Transactionis, uocis retractandi &  
Instrumentorum definitio.

Transactio-  
nis diuersa  
synonyma.

**T**ransactio Graecis iureconsultis διάλυσις & Iustini-  
ano Φιλιππού συμβιβασις (a); in uernacula Vergleich/  
Vertrag (b), veteribus etiam Vortrag & instrumenta  
transactionis Vortragbrief / uti in dubio sensu respondit  
Ernestus COTTMANNVS (c). Barbari olim doctores  
accordium dixerunt & concordiam, ut uidere est apud Iohannem de AMICIS (d). Haec synonyma praemittere debui, ut facilius deinde latior huius uocabuli sensus pateat,  
quo cuiuscunque etiam generis conuentiones exhaustur.

## §. I.

## §. II.

- (a) Nouell. XLIII. in fine. (b) Hoc quoque titulo uritur die Magdeburg. Policey-Ordnung cap. 46, von Verträgen, i.e. de transactionibus. (c) Vo-  
lumine I, Responso, XXVIII, n. 208. p. 247. (d) Consilio LXXI, n. 8.

TRANSACTIONIS DEFINITIO.

§. II. Eiusdem enim uerbi una appellatio, sed diuer-  
sissimus est significatus. Non oratorum hic testimonia  
conquiro, quia saepius fit, ut uoces uulgi siue uisu siue abusu  
communes, in foro aliis iisque propriis atque angustioribus  
limitibus circumscribantur. Atque hos migrare uelle, do-  
ctoris aut imprudentis est, aut hominis ignari. Verum ipsae  
hic Romanorum leges aliter atque aliter adhibent nomen  
transactio[n]is. In amplissimo sensu Paulus ICtus scribit l.  
229. de uerbor. signific. TRANSACTA finitaue intelligere de  
bemus, non solum quibus controuersia fuit: sed etiam, quae si-  
ne controuersia sint posse[n]te. Atque ita uerum non est, tran-  
figi tantum de rebus controuersis. Potius intelligitur,  
ICtum cuiusuis generis pacta transactione insigniisse. Ne-  
que enim facere hic uelim cum Francisco CONNANO  
(e), qui prius uerbum (transacta) ad controuersia s[ic!] pos-  
terioris (finita) ad cetera omnia, quae communi consensu essent  
terminata, existimat referendum. Naturalis certe ordo  
contraria[m] paraphrasin ac ratione uult: Transacta finita-  
que intelligere debemus non solum quibus controuersia fuit, hoc  
enim per se clarum est: sed etiam, ut singulari ratione Pau-  
lus definit, transacta finitaue dicuntur, quae sine controuersia  
possidentur. Taceo quod l. 13. §. 7. ff. de his, qui notant. in-  
fam. Vlpianus quoque scribat, duriori sententia cum reo  
transactum, id est, actum fuisse. Adeo clarum est, ueteres  
ICtos transigendi uerbo, ut oratores usos esse, pro rem han-  
nire aut perficere, testimonio TVLLI(f). Angustioribus  
autem terminis includunt transactiones pleraque leges a-  
liae. Sic VLPIANVS l. 1. ff. de transactionibus; qui tran-  
sigit, quasi de re dubia & lite incerta neque finita transigit:  
qui uero paciscitur, donationis causa rem certam & indubi-

Significatus  
diuersi.

amplissimus  
Pauli pro  
quouis pa-  
cto.

paulo angu-  
stior.

A 3

tatam

(e) Lib. V. Iur. Civil. cap. 6. p. m. 351. conf. GOEDEVS, ad l. 230. de V. S.

(f) II. Philipp. p. m. 110. Idem in inuestitu III. in Catilinam. p. 201.



*tatam liberalitate remittit. Inde doctores argumenta habent, quibus transactiones a pacis distinguunt. Illae enim de rebus institui possunt non nisi litigiosiss; haec etiam de certis: illae lucrandi; haec uero donandi animo. Quamvis uero haud desint loca, ubi etiam transactiones dicuntur, licet una uel altera pars nihil acceperit, sed ubi donandi quoque animo aliquid factum aut remissum fuit; solumnus tamen in iure Romano, ut transfigere idem sit, atque rem dubiam amicabilneque tamengratuita partium conventione decidere. l. 2. C. de transactionib. & alibi pasim.*

*Definitionis proprius de-  
euolutio. nique seu an-  
generis loco gulfissimus,  
an recte act.* §. IV. Habeo igitur casas, quare mihi cum Franc. DVAREN<sup>O</sup> (g), & illis, qui eum hie lequuntur (h), transactionis sit conuenta rei incertae decisio. Stat generis loco decisio; cui ipse pandectarum ordo quodammodo fauere, uidetur: quoniam transactionis doctrina non inter obligaciones locum occupat, quod offendit Vtricum HVBERVM (i): sed inter titulos de iudicibus, iurisdictione, procuratoribus ac defensoribus interiacet, quasi scilicet transactiones horum omnium non tam vices teneant, quam mune-  
ra possint praeoccupare (k). Neque enim praetore, iude, procuratore neque aliis processum instrumentis opus esset, si, quod olim apud Germanos factum, lites frequentius amicabili transactione dispellerentur. Et sane, si quid coniectari licet, quare tantis difficultatibus doctores doctrinam de transactionibus in voluerint, post alias certe

(g) In Commentario ff. de transact. cap. I. p. 71. (h) Congruit cum eo VVENSENBECIVS, quem BACHOVIVS tantopere extollit, ut toto opere nihil uerius eundem scripsisse adserat, quam quod transactiones exemerit numero contractuum. Sed hoc paulo antea iam fecerat DVARENVS. Atque ex hoc tempore haec opinio plurimos sectatores habuit, etiam LAVTERBACHIVM. (i) In Praeleq. ad ff. de pacis. (k) Sic in Atticis LL. de transactionibus agitur in titulo de iudiciis; uti uidere est in Codice Samuelis PETTI p. 24.

certe haec etiam se offerre uidetur, quod his terriculamentis horrorem incutere uoluerint partibus, ne, relictis iudiciis, facile transigerent. Neque dimouet me ab hac opinione, quod fere a Baldi temporibus omnes <sup>contractus?</sup> <sup>idque num-</sup> <sup>innomina-</sup> <sup>tus</sup> <sup>actionem</sup> <sup>contradum innominatum</sup> descripsierint (l). Vt enim taceam, quod transactioni utique certum nomen sit; in ea nullus sane poenitiae locus est l. 39. C. de transact. quamvis poenitere liceat in contractibus innominatis l. 3. §. 2. ff. de conditione causa data. Atque haec me offendunt in hac sententia, non uero quod transactio dispellat potius negotia adeoque distractus magis sit, quam contractus. Huic enim dubiolo unica distinctione inter material & formam satisfit & pridem satisfecit Ioh. Baptista CACCIALVPS (\*). Vedit hos nodos Iohan. CORASIVS (m). Magna autem nominata igitur contentione id egit, ut transactio numerum augeret <sup>tus?</sup> contractuum nominatorum. Evidem pro nominata quoque conuentione hic stetit Stephanus FORCATVLVS (n): sed confutauit hanc opinionem GOEDDEVS (o), neque ea sectatores multos inquam habuit. Quamuis enim transactio certum nomen habeat; quod in contractibus nominatis requirit l. 7. pr. de pactu: tamen, ut nihil dicam de oppositionibus Ulrici HVBERI (p), quas parum eculo, contractus non de rebus litigiosis fieri oportet, quod tamen requiritur in omni transactione l. 1. ff. de transact. l. 12. C. eo-  
dem

(l) BALDI locus est in Comm. ad tit. C. de rer. permutatio in rubr. n. 4. p.m. 140. Ita quoque BARTOLVS in ff. de Pact. ad l. 1. n. 1. p. 96. Atque hos veteranos duumuiros nominasse, sufficiat, quos mille alii postea cum applausu secuti sunt. [\*] In peculiari libro de Transact. Q. 4. p. 12. (m) In Miscellaneor. Lib. I. c. 23. ubi unicam hanc questionem, an transactio sit contractus nominatus? ex instituto tractat. (n) Argumenta eius legi possunt in Ncyomantia & Occulta iurispr. Obseru. XLVI. dialogo 4. p.m. III. edit. Paris. 1595. f. (o) In Commentario ad l. 12. ff. de V. S. (p) Quod distractus possumus sit transactio in praelectionibus ad ff. de transact.

*dem & l. 6. de solutionib. & liberation.* Idem mihi obest, quin  
*pacatum generis loco ponam.* Sit, *pacisci uocem in l. 29. c.*  
*de pacatu in renuncianda lite, utpote re incerta, adhiberi:* de-  
*est tamen alterum in quavis transactione requisitum.* Scili-  
*cet quod inconsulta altera parte id factum sit; deque ani-*  
*mo donandi potius, quam transigendi, constet.* *Quorum*  
*neutrū transactionibus congruum esse, ex LL. modo ci-*  
*tatis cuius luculenter patebit.* Melior uidetur sententia  
*Franc. CONNANI* (q), quod *transactio similis* tantum sit

*an pactum?*

*an simile  
contracti-  
bus?*

*an decisio?*

*contractibus innominatis.* Hoc enim nemo inficiabitur:  
*cum pleraque transactiones per do aut facio componantur.*  
*Ast non assimilatum; sed genus uerum hic requiritur.* Non  
*uero ea tantum propter transactionem per decisionem descrip-*  
*psi: quod commodius vocabulum non appareat.* Potius  
*hoc commodissimum esse, argumentis quibusdam, non*  
*mihi lectis apud alios, contuebor.* Princípio enim iurispru-  
*dentia Graecorum adiuuat nostram opinionem.* Transac-  
*tio enim eis dicitur διαλύσις (r), dissolutio, seu *deciso*,*  
*transigere διαλύσασθαι, etiam ἀπαλλάξις (s) discessio.* Ita  
*enim uerba LL. Atticarum: οντὸν αὐτῷ γέγονε παραλλάξη,*  
*τὰς δίκας ἔνεις; eorum quae remissa & transactione distraha-*  
*sue sublata sunt, lites ne sunt (t).* Etiam Pontificum iura  
*huc inclinare uidentur, dum transactionem descripsérunt*  
*per compositionem cap. 6. X. de transact.* Componitur autem  
*lis, siue forensi iudicio siue extraforensi, id est, transactio-*  
*nē.* Quod si liti gratis renunciatur, illud canones ponti-  
*ficii *pacta* salutant & uerbis luculentissimis a transactione*

*distin-*

(q) In Comment. Iur. Civ. Lib. V. c. 6. (r) Passim haec uox occurrit in Bafili-  
 cis FABROTTI Lib. XV. c. 10. ac alibi. Philosophorum etiam auctoritates  
 congesit ICt, Guil. BVDAEVS in Comm. utr. L. p. m. 22. 33. (s) In Co-  
 dice LL. Atticarum Sam. PETITI lib. IV. tit. 4. (t) STRAVCHII forte con-  
 iectura Graeco ore adiuuatur, qui, loco decisionis, uerbo discessiois uel  
 manuit in differt, Theoret. Pract. XXVI. th. 5.

distinguunt cap. 6 X. de transact. Neque ab hoc usu abhor-  
ret ius nostrum. Potius l. 17. C. de transact. manifestis uer-  
bis dicitur: *in transactione* (uti laudo aut sententia) *decisa*,  
etiam pro transegerit, *deciderit* habetur l. 3. §. 1. ad 2. Fal-  
cid. l. 46. ff. de rei vind. *transfigisse & decidisse* videor eo pretio.  
confer. l. 3. C. de Furt. Multo minus linguae ueterum Ro-  
manorum is uerbi sensus ignotus est. Sane, ut alios omit-  
tam, Cicero aliquot locis *transfigere & decidere* usurpat pro  
synonymis: de quo *NIZOLIANA* industria uel tirones po-  
test docere. Et quod quaeſo remedium, quo diversarum  
rerum publicarum cauſae deciderentur, niſi ſupererent  
transactiones. Olim ſane antequam ciuiles ſocietates co-  
luiſſent homines *transactio* unica poterat eſſe uia, qua cum  
aliquo iuriſ vigore a litibus diſcederetur.

§. V. Reliqua in definitione ad exponendum faciliora  
ſunt. Decisionem enim conuentam ſcripsi, id eſt, factam uel  
triusque partis libero adſenſu ac uoluntate. Inde transa-  
ctionis placitum dicit l. 6. ff. de trans. & conſenſu terminari  
transactionem l. 13. eodem. (x) atque ſana mente fieri debe-  
re l. 27. C. de transact. Quo iplo transactione a iudicato ac ſen-  
tentia diſtinguitur. Fit enim utrumque hoc non a parti-  
bus, fed etiam plerumque altera parte maxime inuita. Con-  
tra vero ad transfigendum nulla pars cogi potest (y). Hoc  
enim idem eſſet, atque iuſtitiam forenſem in ſocietate ciuili  
denegare & aetorem a limine iudicij depellere. Alia  
ratio inter ſummi iuriſ principes. Hi certe, cum deciſo-  
res forenſes non habeant, in conſcientia obligantur, ut ante  
ius ſuum transactione, id eſt, amicabili decisione quaerant,

Quare haec  
decicio dia-  
tur conuen-  
ta?

## B

quam

(x) Qui igitur de re libere conſentire non poſſunt uel propter rei naturam, uel  
alimentis l. 8. ff. de transact. uel aetaris rationem ut minor l. 9. ff. eod. uel ſe-  
res alterius ſit l. 10. ff. eodem ut pater de re filior. illi fruſtra quoque tranſigunt.

(y) De quo Doctores acerrime inter ſe: ſed, me iudice, fruſtra controverſunt.

quam ad violentarē remēdia aduolent armorū. Tandem rei nonnisi *incertae* transactionem esse, scripsi. Vt enim quae cuius per se patent, nulla decisione nulloque iudicio opus habent: ita quoque transactio de his truſtra (z) requireretur. Incertitudo autem intelligitur siue *iuris*, siue *facti*: siue *absoluta*, siue *respectiva* (a), harum alterutra sufficit. Non uero, quod mireris, addidi definitioni, *dato* aliquo uel *retento* (b). Hoc enim in omni transactione non fit. Quid enim si una pars, de iure melius edocta, errorē atque iniquitatē postulati agnoscit propterea que cause renunciat? Quid si, ut scipiis inter summi iuris principes sit, actōr aut reus, belli aut sumptuosi processus periculo ac formidine transitit neque aliquid *accipit* aut *retinet*. Sane hoc genus conuentae decisionis in causa dubia non minus erit in numero transactionum. Ast satis de *definitione*.

*Divisio  
transactionis  
in generalem  
& specialem,  
rat.  
a) persona-  
rum.*

§. VI. Exposita transactionis definitione alia quaedam expedienda restant, quibus niti nos oportet in resolutione propositae quaestōnis. Scilicet est transactio alia *specia-  
lis* alia *generali*, c. de transact. idque vel ratione *personarum*, cum quibus transigitur: hoc casu, qui cum uno ex contutoribus transegit, is eapropter non ceteris etiam actionem remisit, ut habetur l. 3. ff. de transact. & l. 1. c. eodem, aut earum, quae transigunt, quod si enim unus frater de tute.

(z) Frustra in hoc genere quereretur, an super eo indicata recte transfigatur, Satis enim clare & fana ratio definit rem & l. 7 ff. de transact. (a) Vti l. 2. c. de transact. inanis etiam illis metus & l. 65. ff. de condit. indebit, (b) Sed hoc requirit tamen l. 38. c. de transact. Verum id non ad essentiam transactionis pertinet: sed tantum, ut subsistat transactio in foro ciuili. Quamvis etiam verba, dato aliquo uel retento vel finge posset, unum ex his omnibus transactionibus inesse. Quod si enim unus transactor aliud nihil de transactione reportet, pecuniam tamen retinet sumptuosa forte liti impendendam Ita fingimus licentia l. 65. ff. ut conditione indebiti,

tutelae administratione transegit, non idcirco uel alter obligatur uel idem hic, qui transegit, si alterius heres sit l.9. ff. de transact. uel rerum intuitu, ita qui transegit se n. b) rerum  
bil amplius petiturum, et si non additum *economine* de ceteris tamen quaestionibus integra ei permanet actio l. 31. C.  
eod. uel denique argumentorum causa, ut qui de iniuria trans- e) argumentorum  
egit, ille non & *damnum* simul remisit, quemadmodum scilicet furti actione decisa, tamen permanet condicio l. 7. §. 1. ff. de conditione furt. alios in hoc genere causus habent l. 21. ff. de seruit. urb. & l. 20. ff. de seru. rust. Atque omnia haec diuisionis membra probe attendenda sunt, quod in expeditione maximarum dubitationum utilem nobis operam inferius praestabunt.

S. VII. Transactionem stricti iuris esse, declarandum quoque nunc est. Hoc casu coarguendi sunt doctores, qui aut negant hoc aut ex falso id principio demonstrant, BACHOVIVS (c), ne ullum iuris caput sua censura intactum relinqueret, etiam hic a communi sententia fecit discessum: qui transactionem, inquit, stricti iuris dicunt, illi parum ex usu iuris scribunt. Hoc enim sensu nihil non es- set stricti iuris; quod nullus actus extenditur ultra ea, de quibus transactionem est & cogitatum. Evidem in eo me habet consentientem Bachouivus, quod transactio non contradic- bus stricti iuris annumerari debeat (d), quia contractuum

An transac-  
tio stricti  
iuris sit &  
quomodo  
contra ple-  
rosque Doct.

Bachouivum

B 3 classe

(c) In animaduersionibus ad Treutlerum h. t. p. 295. (d) Quod omnes fer- credunt cum BALDO. Is enim existimat, transactionem semper stricti iuris esse, eo quod non sit numerata in S. action. Inst. de act. ubi omnes bonae fidei contractus recident: aut, quod fundamentum allegant alii, quia omnes innominati contractus regulariter sint stricti iuris, aut in hoc genere reponunt transactionem. Contra vero BARTOLVS putat, respi- ciendum esse, qua contractus specie in easur transactione, quod cum diuer- simode sit, igitur alias nunc transactiones stricti iuris, alias iterum bo- nae fidei esse. Loea citavit CACCIALYPVS Qu. V. n. 3. 4. Sed nega- to;

classe eandem superius exemplum: & si quis bonae fidei & stricti iuris negotia ad solas obligationes ex contractu alleget, quod faciunt plerique iuris interpretes (e), tum frustra esset, quicquid hic in disquisitionem vocaretur: uerum cum non contractuum tantum; sed omnium rerum interpretatio aut *extensiva* aut *stricti* iuris; hoc sane casu non frustra disputamus, num illius loci, an *huius* transactionis. Frustra enim est Bachouius, quod hanc differentiam inficietur. Non enim dicitur, quod in *stricti* aut *extensiva* iuris interpretatione contra manifesta iura & conuenta contrahi debeant aut extendi uerba transactionis: sed quid faciendum, si res ambiguo sit, &, quid cogitaverint transigentes, nullo prorsus remedio haberi possit. Exemplum nunc succurrit in transactione pacis *Risuicensis*; quem casum liceat, paulo curatius euoluere. Norma transactionis uel *iustum* est, uel *utile* uel utrumque. Evidem Gallica tum Philosophia Risuicihaec fuerat. Transactiones uel *sequi* bellum uel *praecedere*. Has tantum pro fundamento habere *aequitatem*: non uero *illas*, quae *utile* tantum respiciant. Ante enim, quam res ad arma deueniat, principes orbis suas controversias tractare transigendo ad amissim *iuris*: sed uere, si *ius* ita *ambiguum* & *obscurum* sit, ut sibi utraque pars hoc pollicetur, neutra uero ab eo discedere uelit; tum, *concessa cuius parti aequitatis* opinione, ad *bellum* deueniri, atque in hac tam diu persisti, usque dum alter, quia infirmior sit, sibi non *iustum* magis, sed *utilius* tantum esse credit, ut liti renunciet: non, ut suam causam *iniquam* esse, agnolcat. Adserit hu-

*Casus adseritur ex pacificatione Risuicensis.*

*norma transactionis.*

to, quod transactionis contractus sit: corruit etiam omne id, quod pro hac lite solet adferri.

(e) Argumento l. 5, pr. ff. de in lit. iur. Et plenius LOCAM, Qu. I, 367. Georg. BICCIUS Res. Quot. Sect. V, n. 5.

ti huius quoque rationes allegant. Ita enim, aiunt, utrumque belligerantem *iustum* dici posse: cum alias in omni pace uicta pars audire debeat *iniqua*, cum perpetuo opprobrio regum aut rerum publicarum. Hac certe cantilena Risiuci auditum sunt Gallici legati, cum nostri in pacificatione ad causae *aequitatem* identidem prouocassent. Non, inquibant, disputandum nunc de *aequitate*; in hac scena *ante bellum* suscepsum Francoturti, Heidelbergae alibi aetum esse. Nunc, cepto semel bello, si non alio fundamento, *dicitur* tantum causa, se credere, Germanos *iure* Alsatiam, Argentoratum aliaque repetere; sed non *minor* *iure* Galliae regem eadem haec detinere. Nunc Gallos a Germanis quaerere, non utrum *iustius*, sed utrum *utilius* esse credant, *repetere* Alsatiam a Galliae, rege bellum continuando; an finiendo belli ergo, Alsatiam Gallis concedere. Pacificatores itaque non *iure consulitos* esse debere, non *causidicos*, non *iustitiae praefides*: sed *politicos*, id est, rerum *utilium* interpretes ac *consiliarios*. Ipsam etiam pacificandi artem non a *Iurisprudentia*, sed *politica desumendam*. Atque in hac Risiicensi pacificatione, ut reuertar, unde digressus sum, famosissima ista *quarti articuli clausula* fuit: *religione tamen catholica Romana in locis a Galliae rege in Palatinatu & alibi restitutis, in statu, quo nunc est, remanente*. Vix haec scripta atque transacta fuerunt: cum ingens oriretur dubitatio utrum *restringenda*, an uero *extendenda* esset clausula transactionis. Disputabatur enim, utrum *religio catholica Romana etiam in illis locis templis ac ciuitatibus finito bello remaneret*; de quibus Euangelici, ante quam illa hostibus Gallis dederentur, ab hisce literas vulgo *reversales* acceperant, ut bello, quam-primum finito, ea nostratisbus in integrum restituerentur. Certe, si *iuris extensi* est *transactio*, omnino id affirmandum

dum est, quod clausula de locis restituendis *indefinita* loquatur. Negandum autem si *strictae* interpretationi locum des; quoniam *reversales* in clausula pacis non manifeste sublatae fuerunt. Interest igitur omnino, ut hac de re ICtus sibi bene constet, atque, quod plura argumenta probant *transactionem* cum ciuilibus tum naturae legibus *stricti* iuris esse. Arguant hoc in primis l. 5. ff. de *transact.* & l. 9. §. 1 ff. eod. Et omnium maxime hic pertinent uerba l. 31. c. de *transact.* de re certa pacto *transactionis* interposito hoc comprehensum erat, *NIHIL AMPLIUS peti*, et si non additum fuerit *EO NOMINE*, de *CETERIS* tamen *quaestionibus* *INTEGRA* permaneat *actio*. Quod autem HVNNIVS (f) uult, inde perspicuum esse, quod generalis quoque *transactio* *stricti* accipi debeat, in eo mihi non satis recte uidetur legem expendisse; uoces enim *de re certa* satis ostendunt, *transactionem specialem* tuuisse, non *generalem*. Ratio autem, quam subiungit, cur *transactio* *stricti* iuris sit, calculum nostrum omnino habet; *aut* *quia qui transfigit, ille de iure suo quodammodo remittit, atque capropter prae sumitur illam noluisse remissam*. Proprius rem attingit Ferdinandus *Christophorus HARPPRECTVS* (g), inter principes huius aevi iure consultos, dum ait: *quod enim transactio sit stricti iuris & perinde ac sententia, cui a LL. non semel aequiparatur, sub eodem genere, vocabulo decisionis scilicet, transactionem & sententiam superius reposuimus, STRICTISSIMAM interpretationem depositit. Ha ipsi terminis ex CRAVETA & Rota Romana apud MERLINVM definitur*. Taceo infinitos alios, qui idem sentiunt, causa quamvis sentiendi apud illos, quod docui, admodum peruerbia.

§. VII.

(f) In not. ad Treutlerum vol. 1. Disp. 7. thes. ult. p. 3.  
Tubingenium Tomo V. Conf. XI. n. 25. p. 241.

(g) Consilio

§. VIII. Etiam *retractandi* uerbo in inscriptione nostri argumenti usi sumus, etiamnunc, ne aliquam dubitationem facere possit, tribus uerbis exponendum. Princípio *retractare* dicimus in iure nostro, si, quod tacitum est, reddimus infectum, ita l. 39. §. fin. ff. de procur. defensorem suspecti tutoris oportere etiam de rato cauere, ne reuersus ille uelit *RETRACTARE*, quod actum est. Idem uerbi significatus occurrit l. 12. §. 3. fin. ff. ratam rem haberi. Deinde Romanus interpres Sext. Pomp. FESTVS (h) ait: *retractare* est rursus tractare. Qui etiam sensus legibus conformis, nam l. 31. ff. de iure iurando scribitur: *permitti ex integro causam agere*, si quis noua instrumenta se inuenisse dicat, quibus nunc solis usurpus sit: quod si iure iurando tradidum sit, non conceditur eandem causam *RETRACTARE*. Addi possunt l. 10. §. 1. ff. ad Stium Turpil. l. 29 ff de iure fisci. Atque in hoc significatu Graeci *retractionem* reddunt παλινδικα (i) & uocem hoc casu adhibent, quo causae in prima instantia decisae, facta appellatione iterum sub examen remittuntur l. fin. s. §. 5 C. de temp. & reparat appellat. Mihi interius utraque proderit significatio. Sive enim transactiones quasdam ipso iure nullas esse dixeris: sive credideris rescisione in aliis opus fore, utrinque *retractandi* uerbo exprimi, non incongruum esse, ex hac tenus dicitur manifeste constabit.

§. IX. Instrumenti quamvis diuersissimae significations, cum oratoribus, tum legibus communes: mihi tamen hoc nomine omne id uenit, quod in re iudicaria ad instrumentum causam pertinet. Hec usu l. 3. C. si ex falsis instrumentis iudic. ait: *falsam testationem arguere non prohibetur*

(h) In Commentario de LL. seu de uerborum significatione p. 169, edit. Dionysii Gothofredi. Eadem uerba etiam reperit Paulo DIACONIVS p. 407, edit. eiusdem. (i) HESTCHIVS παλινδικα, η ιερεγον διανο-

Vocabulum  
retractare  
quid?  
factum red-  
dere infe-  
ctum.

iterum tra-  
ctare.

Instrumenti  
vox cuius hic  
significatur?

beris; modo probare poteris, eum, qui iudicauerat, securum eius instrumenti fidem. Sed quid opus est uestibis. Ipsa nobis iex 1. ff. de fide instrumentorum. suppeditat definitionem, instituto nostro quae sitam: instrumentorum nomine ea omnia accipienda sunt, *QVIBVS CAVSA INSTRVI POT-EST:* & ideo tam testimonia, quam personae instrumentorum loco habentur. Non ouum quo similius esse potest, atque hoc Pauli Icti adserum nostro arguento. Siue igitur post transactionem noua vel iuris vel facti capita produxeris, definiendum nunc est, an alterutrius vel utriusque etiam praetextu, quod semel transactori placuit, liceat, absque iniquitatis nota, retractare.

## CAPVT II.

Argumenta pro iure retractandi  
transactionem, nouis instrumentis repertis, in  
causa priuata aequa ac publica.

## §. I.

**O**rdo argumentorum **I**D agendum nunc est, ut aduersae sententiae, nullo scilicet nouorum instrumentorum praetextu transactiones retractari posse, legibus, rationibus, auctoritatibus, usu que fori communitate, iisdem quoque remedii obuiam eamus. Principio autem uerior opinio per luculentissima ratiocinia adstrui ac comprobari debet, deinde uero in sequenti capite dissolui, quae huic obesse videantur. Dabo igitur operam, ut per momenta *rationum*: fulcra legum; doctorum decreta; mores quoque iudicium constet: retractari posse transactionem, noua instrumentis repertis.

**E**xpenduntur 1. momenta R.A. **S**. II. In omnibus quidem, inquit PAVLVS l. 90. ff. de R. I. maxime tamen in iure AEQUITAS spectanda est. Nam TIONVM ipsum quoque ius, VLPIANO definitore, ars est aequi & boni

CAP. II. PRO IVRE RETRACTANDI.

17

*boni l. 1. ff. de I. & I.* Imo aequitatis potius ac iustitiae, quam stricti iuris rationem in omnibus rebus praecipuam, clarissimis uerbis, commendat Imperator l. 8. C. de iudiciis. Multum igitur in mea causa profecero, si in castris meis pugnare ostenderim iustitiam aequitatemque. Quorum animus quodam naturali iure aliquantum politus est, illi, quamvis etiam nobiscum non faciant, tamen *iniquam esse* fententiam aduersam, quam propugnant contra nos, oppido largiuntur. Vnum hic allegasse, sufficiat, interpretem illustrem nouissimumque, *Vlricum HVBERVUM*

(a). Ita autem ille: *transactio ualeat, et si ex instrumentis postea repertis de causa aliter queat l. 19. C. b. t. DVRVM quidem uidetur, remittere creditorem id, quod liquido probari potest, sibi deberi.* Quid? quod Franc. CONNANVS

(b) claris uerbis dicat, legem hanc potius a tyranno, quam principe, aequitatis amante, profectam fuisse. Plures citare nolo, cum potius nostrum sit, in ipsis *rationes* inquirere, quae hoc dogma arguere possunt iniquitatis.

§. III. Superius (c) iam demonstratum est, nullam es. <sup>1)</sup> non cogi-  
se transactionem absque *libero transfigentium CONSENSU*. <sup>tantis nullus</sup>  
Non potest igitur porrigi ad *incogitata*, cum fieri nequeat, ut, de quo quis *non cogitauit*, in eo *consenserit*, uerba  
sunt Antonii Fabri (d). Atque ita quoque leges arguunt  
l. 35. ff. d. pad. l. 5. & 12. de transact. Vnde certa iuris regula  
conficitur *de quibus in transactione non est cogitatum, ea in suo statu manent l. 5. ff. eod.*  
Ipsos etiam casus suppeditant leges in hoc argumento. Ita qui de *portione sua* cum tutori super male administrata

C tute-

(a) In praelacionibus ad Digest. Tit. de Transact. p. m. 155. (b) In Comment.  
Iuris Civilis Lib. V. c. 6. p. 358. (c) Cap. I. §. 5. pag. 8. (d) In Rationa-  
libus Lib. II. tit. 15. pag. 292.

tutela transegit, ex wolle hiemit / so viel Jhn angehe / oder betrefse / zu friedenseyn: illius transactio actionem (*nouum instrumentum*) non perimit in re, quae huic portio-  
ni suae deinceps, aut morte cohaeredis aut alio casu, ac-  
crescit *l. 9. ff. de transatt.* Et qui de testamento transegit,  
is non improbe dicit, se non cogitasse de (*novo instrumen-*  
*to*) codicillo *l. 12. f. eod.* quamuis codicilli in jure dicantur  
*pars testamenti l. 11. ff. testamentorum quemadmodum. aperiantur &*  
*genius ad testamentum pertinens l. 18. ff. de iure codicillor.*  
Id quod repetitis utique rationibus fit: *in suo enim statu re-*  
*tineri (noua instrumenta,) de quibus non cogitatum l. 5. ff.*  
*eod. transactionem de his tantum de quibus inter paciscen-*  
*tes placuerit, interpositam credi: non de nouis instrumentis*  
*illis, quorum actiones competere postea compertum. INI-*  
*QVVM esse, perimi pacto, id, de quo cogitatum non do-*  
*ceatur, claris verbis definit, l. 9. ff. eod.* Ponamus calum,  
ut causa manifestius pateat. Transegerat forte Cliviae  
quondam Dux cum domo Burgandica de Geldriae duca-  
tu: ut discederet ab agnatico, cognatico, testamentario,  
inuestiturae atque homagii *omnibus aliis iuribus*, tum uen-  
tilatis Cliviae dominus, in gratiam Burgundi. Diu post  
nouum instrumentum reperitur, unde intelligitur, Cli-  
uensem quondam ditionem uniuersam *Teisterbantium*, id  
est, maximas & tantum non omnes Geldrici principatus  
partes sub complexu suo habuisse. Actionem ergo insti-  
tuit ex nouis hisce instrumentis *Cliviae Dux pro recupe-*  
*randa Geldria a Burgundo; qui tamen semel transactum*  
*esse excipit. Quid hoc casu iuris? Ego omnino existi-*  
*mauerim, quoniam de *Teisterbantia* tum cogitatum non*  
*obstante transactione, noui instrumenti actionem Clivensis*  
*integrarum prorsus & immunem esse. Quae enim postea emer-*  
*gunt, auxilio indigent, inquit CELSVS l. n. §. 8. ff. de in-*  
ter-

terrogatoriis act. Idem arg. l. 7. ff. de Feriis & l. 46. ff. de  
recept. qui arbitrium. Ut enim arbitri non iudicant, de  
his (instrumentis) quae postea (de novo) emergant, ita ne-  
que transactio ultra ea sunt, debet extendi: cum utrius-  
que magna similitudo l. 1. ff. eodem. Neque offecerit Cli-  
uenti, si hac clausula; se omni iuri suo renunciare, quod in  
Geldriata habeat aut habere possit. Supra (e) certe ex alle sein  
legibus 24. & 31. c. de transact. latis ostensum est, explicata  
tionem formulae auf alle seine Rechte Verzicht thun /  
item auf alle Fälle tantum declaratiuam esse argumento-  
rum, de quibus ligatum fuit uti l. 21. §. 1. ff. Qui testam. fac.  
poss. non uero extensiua ut non cogitatis, hoc est, nouis  
instrumentis praejudicio esse, queat, iuxta famosissimam  
iuris regulam l. 81. de R. I. Quae dubitationis causa contra-  
clibus inseruntur, ins commune non laedunt. Ita quoque ante  
nos sensit eruditissimus ICtus Petr. HEIGIVS (f)  
&, non minori laude dignus, Hartmann. PISTORIS (g)  
qui inquit, renunciatio iuris nunquam presumenda, nisi de  
eo expresse datum fuit. Igitur quotiescumque alicui plu-  
ra competunt iura, siuni eorum renunciauerit, non pro-  
pterea censeatur renunciatum alteri l. 11. ff. de seruit. urb.  
l. 20. ff. de seruit. rustic. Adeo clarum est, in generali etiam  
transactionis claulula praeolumendum esse, nouis eam in-  
strumentis aut iuribus postea repertis nihil officere. Ve-  
rum enim uero nulla ne protius remedia superflunt, con-  
trouersias etiam postea emergentes seu de novo reper-  
ta instrumenta una atque eadem transactione tollere ac  
componere. Atque hoc omnino censeo affirmandum:  
modo formula expressam non cogitatorum, id est, post-  
ea repertorum instrumentorum faciat mentionem. In quo

C 2

ta-

Quid si for-  
mula genera-  
lis sit: auf  
alle sein  
Rechte/wie es  
Rahmen ha-  
ben mag.

Cautela e cir-  
ca formularz  
transactionis  
generalema.

(e) Cap. I. 5. 7. p. 14. (f) Quaestioneerum illustrium Parte II. quæst. 20. n.  
§. (g) Lib. II. Quaestio. iuris quæst. 48. n. 769.

tamen negotio, quod id stricti iuris sit (h) non una tan-  
tum cautione opus est. Cum enim, quod supra docui  
(i), generalis transactio uel talis fit ratione personarum; uel  
rerum; uel argumentorum, &, quae personarum intuitu  
generalis est; illa tamen, uel rerum uel argumentorum  
causa esse potest *specialis*: oportet, ut de singulis hisce  
sibi prospiciant transactores in ritu formularum. Sigil-  
latim haec prosequemur. Principio uerba transactio-  
nis generalia sint, quantum ad *personas*, quae transfigunt  
aut cum quibus transigitur. Ita transegerunt in monti-  
bus Pyrenaeis Hispaniae monarcha Philippus V. & Lu-  
douicus XIV. rex Galliarum de futura in Hispaniae di-  
tiones successione. *Hic* quidem pro se & omnibus de-  
scendentibus siue masculis siue foeminis: *iste* pro se ac libe-  
ris suis tam *natis*, quam *nascituri*, cuiuscunque sexus aut  
aetatis essent, pro omnibus deinde *agnatis* & *cognatis* &  
quibuscunque tandem *heredibus* suis aut in regno *suc-  
cessoribus*, nemine excepto. Et sane, quod obiter scribo,  
olim tot restrictionibus opus non fuerat, uerum cum  
Galli passi in scriptis docerent, non tenere *successorem* trans-  
actione praedecessoris; nunc in legem quandam abiit, ut  
in pacificatoriis formulis non *regis* solum; sed omnium  
*regni* successorum mentio fiat. Dubitatum etiam quon-  
dam luit, utrum regis transactione obligari regnum pos-  
sit, nam in primis Galliae Germaniaeque regna *parium*  
*procerumque* consensum adhibuerant. Inde est, ut in  
formulis quibusdam malling *Galliae*, quam *regis* Galliae,  
*Imperatoris imperiique* mentionem facere: quo innotesce-  
ret & reges & regna simul adstrictos esse. Saepius tamen  
eiusmodi clausulae otiosae sunt atque effectu suo destitu-

un-

(h) Capite I. §. 7. p. 14.

(i) Cap. I. §. 6. p. 11.

untur. Quod si enim regna a regis decreto non pendunt; frustra quoque ad huius transactionem illa alligabuntur. Ceterum id etiam hic intelligi debet, quam <sup>2)</sup> argumentorum generalis etiam formula transactionis sit, intuitu personarum, quae obligentur: eam ipsam tamen specialem esse posse, argumentorum causa, quae tractantur. Sic ex superius allegata transactione Galliae rex cum filio atque nepotibus obligabitur quidem, abstinere ab Hispaniae successione uxoris ac matris causa: quod si autem Gallia uel in Neapolitanum uel Siciliae uel Arragoniae regna quondam alia quaedam iura habuit, quod nos quidem non affirmamus, illa sane propterea extincta non esse, uidentur. Alia igitur formulae ratio, si *transactionem argumentorum quoque causa debeat esse generalis*. Opus est eo calu his verbis; *transactionem se uelle non solum in hac, sed in omnibus aliis causis ac iuribus iuriumque rationibus ac instrumentis, sive ea iuris sint, sive facti; sive nominata, sive innomina-tas sive cognita sive adhuc lateant, aut postea reperiri aut excogitari etiam queant, nullo prorsus excepto*. Dubitate-ris forte, annon hic minimum formulae adparatus satis fit, ad *transactionem omnibus numeris generalem*. Et sane haud quamquam existimo Non enim stricti iuris interpreatio, quae in omni transactione adhiberi debet (1), patitur, ut extra materiam, de qua litigatur, possit formula recitata extendi. Casu quodam iterum hoc expli-cabimus. Sit Germanicum imperium centies cum Galliae rege de Lotharingia; de Alsatia de regionibus ac contiouersis aliis utriusque formulae praescriptae uerbis transegisse: an regni *Arclatensis* causa hoc ipso perdi-

C 3

ta

(1) Cap. I S. 7. p. 14. addatur Cardinalis MANTICA de ambiguis conuentio-nib. lib. XXVI, tit. 6. n. 1. pag. 703.

ta erit transactaque? Necquidquam. Quae enim transactio & perlonarum & argumentorum intuitu generalis est, specialis tamen adhuc rerum causa. Quoniam cuncta utriusque formulae uerba declarativa sunt; neque limites materiae, de qua igitur, egrediuntur. Tertio itaque genere cautionis atque nouis uerbis opus est, si generalis quoque dici posit transactio respectu rerum. Scilicet principio praestruendum hic in formula, qua transigitur: cum multa inter Germaniam Galliamque dissidia & olim fuerint & nunc esse atque in posterum emergere possint, cum de regionum prouinciarum regnorumque, tum de limitum iuriunque controversis, in quacunque mundi plaga aut terrae angulo hoc sit, omnia haec una simul transactione componere atque e medio tollere animus est. Atque si utrasque formulas, supra praescriptas huic iuxteris, cum demum euadet transactio generalis per tres numeros & gradus: cui noua instrumenta nihil obesse queant. Quamuis enim haec postea demum se prodiderint: recte tamen ea per exceptionem transactionis generalis eliduntur atque declinantur. Potest enim quilibet iuri suo beneficioque renunciare; neque fieri iniuria uolenti; cum quod quis sua culpa patitur, sentire uideatur (\*).

2) Ignorantia  
nullus con-  
sensus.

§. IV. Nouorum instrumentorum nomine ea etiam uenient argumenta, quae, a transigentibus prorsus IGNORATA, postea demum in medium prodita sunt. Cum igitur in praecedenti themate demonstrauerim, iure retractari transactionem, si instrumenta producantur, de quibus cogitatum non fuit: idem nunc de illis euincam, quae, tempore factae transactionis IGNORATA fuerunt; ut cl-

rum

[\*] Confer. hic omnino uirum per illustrem S. STRTKIVM in aureo libello de cautelis contractuum Scđt, I. c. 5, §. 12,

rum sit, etiam haec irritam reddere transactionem. Pertinet huc lex admodum momentosa 76. ff. de R. I. In totum omnia, quae animi destinatione agenda sunt, nonnisi *VERA & CERTA SCIENTIA* perfici possunt. Qui enim expenderit ea, quae superius (m) a nobis de transactione adserta sunt, quod nonnisi utriusque partis *consensu* fieri debeant: ille non dubitabit, neque transactionem subsistere posse, nisi *vera & certa scientia* perficiatur. *Consensu* quippe nihil tam contrarium est, quam *imperitia*, inquit l. 15. ff. de iurisdictione. Et si manifesti juris est, quod docuimus, transactionem retractari propter non *cogitata* instrumenta: consecutio erit a minori ad maius, idem licere in instrumentis prorsus *ignoratus*. Quod enim *ignoratur incogitatum* quidem est: non autem omne, quod in transactione non cogitatur hoc ipso penitus ignoratur. Qui transactor non cogitat in formula, quod scit, ei facilius culpa obiicitur, non alteri, qui respicere nequit ad id, quod ei prorsus ignotum est. Ignoti enim nulla cupido, aiunt Philosophi. Atque hoc fundamento lex 5 ff. de ignorantia iuris & facti admodum adposite pronunciat: *iniquissimum uidetur ignorantiam alterius alii profuturam*. Fingeamus casum, qui rem luculentiorem reddit. Transegerat forte Archiepiscopus *Magdeburgicus* de nexu feudal, quo *Anhaldina* ditio archiepiscopatu adicta est; *ignorauerat* autem transactor antistes, usallos identidem inuestituram *neglexisse*: sane illa transactione poenam huius neglectus non existimauerim fuisse sublatam. Quid autem si in transactione formula habeatur: ex *certa scientia* mit *wohlbedachttem* Raht und Wissen? Ast bene respondet DECLIVS (n): *huiusmodi clausula nibil*

(m) Capite I. § 5, pag 8. (n) Dionysio GOTHOFREDO laudatus in notis ap. l. 76. ff. de R. I.

bil operatur in iis, quae constat, IGNORATA. Quod si tamen formula talis fuerit; renunciare transactorem omnibus iuribus praeteriti temporis atque praesentis futurique, quod clientelare obsequium ulla ratione attingere possit, quamvis etiam; ignorata haec tenus, postea se prodiderint: hanc cautelam omnino idoneam esse opinor, quo minus transactio per noua instrumenta retractetur. Tum sane antiquissimam iuris regulam laudauero: omnes licentiam habere habuimus ex l. 53 ff. de R. I. prae sumere licet, ita transigentem alteri donauisse. Atque haec de ignorantia facti. Quid quid inter ignorantiam iuris & facti si uero, inita semel transactione, de suo demum iure edoceantur, num etiam his instrumentis eadem retractabitur. Sane in omni parte ignorantia in iure non eodem loco, quo FACTI ignorantia habere debet, uerba sunt l. 2. ff. de ignorantia iur. & facti, ubi etiam ratio additur, cum usus finitum & possit esse, & debeat; facti ignoratio plerumque etiam prudentissimos fallat. Et imperator l. 2. C. eod. ignorantia iuris facile excusari non potest. Imo constitutiones principum ne ignorare quenquam permittit l. 12. C. eod. Inde PAVLVS: regula est, iuris quidem ignorantiam cuique nocere: facti uero ignorantiam non nocere l. 9. ff. eod. Quapropter omnino dicendum est, difficilioris longe operis esse probare, ut transactiones per noua iuris instrumenta retractentur; iuxta πολυθρόνων Practicorum; iura uigilantibus scripta. Verum enim uero, ut priuilegia taceam certorum hominum (o), quibus iuris ignorantia etiam Ro-

(o) Vti miles l. 1. C. de iur. ignor. mulieres l. 11. & 13. C. eod. rustici l. 9. §. 3. ff. de ignor. iuris; minor l. 10. ff. eod. & forte alii, quos nominare uelle, nostra parum interest; quoniam de his neque aduersa pars nobis item mouet, posse propterea noua IURIS INSTRUMENTA retractare transactionem. Nos uero ceterorum hic quoque causam contra illos debemus contueri.

Romanis LL. officere nequit, plures hodie rationes sunt, quas nobis aequitas commendat, ut viris, doctrinarum quoque scientia imbutis; in legum ignorantia subueniamus. Romanis quondam *patriae* leges fuerant; nobis hodie *peregrinae*: *illis uernacula* scriptae; nobis in *extero* sermone: *illis recitatione* in publicum facta, in memoria; nobis, cathedralae cancellis *occlusae*, uix tando audiuntur: *illis legum* nomine non iudicium edicta, non scabinorum placita, non doctorum responsa, non aliae dogmatum quisquiliae cultae; quae *cuncta* nos sacra *legum* adpellatione dignamur, ut in tanta multitudine scientissimi quoque ICti ignorant: *illis* tandem, quod fere maximum est, pleraque leges *forenses* quoque fuerant; nobis pleraque in foris *dedicanda* sunt, quae didicimus in scholis. Haec igitur, qui secum expenderit, is idonea omnino momenta habebit, miserrimis hoc casu Germanis in iuris ignorantia subueniendi. Quamuis enim Romanis moribus uerum, neque etiam iniquum fueri, quod *Gregorius NAZIANZENVS* (p) scripsit: *nemini licere ignorare leges Romanas*, et si quis ualde imperitus fuerit, nec esse legem, quae succurrat aut excusat, quae per ignorantiam facta sunt: asperum tamen ac summe iniustum esset, a nostra republica eo rigore peregrini iuris scientiam postulare. Veniam itaque *BACHOVIO* (q) mereri uidentur, qui hodie, iuris quandoque ignavia, sibi nocere aduertuntur. Id est, quod ego addo, *transigentem*, si iurium momenta, nulla fere *culpa* sua, ignorauerit, *instrumentis* aut legibus, postea compertis, non obstante transactione, ab homine, iuris infcio, inita, denuo esse audiendum. Modo non adfectata aut supina sit illa ignorantia. Hunc enim superius citatae leges omnino ferient,

D

præ-

(p) In Oratione, quam de Athanasio habuit p.m. 203. (q) In notis ad VVESENBECKUM titulo ff. de iuris & facti ignoratio.

praesidio hoc nostro prorsus indignum. Atque ita restri-  
gi quoque uelim, quod de facti ignorantia differui. Quam-  
vis enim l. 7 ff. ad Velleian. & l. 3 ff. de ignor. iur. facti proprii  
ignorantia uideatur excusationem non mereri: illud tamen  
ita mitigatur, ut considerari hoc casu debeat cum persona  
ignorans, si haec culpm habeat, quod ignoret, & beneficio  
restitutionis digna non est; tam res ipsa, quae ignoratur, u-  
trum haec uetusata sepulta aut difficultatibus ita obruta sit,  
ut eapropter ignoratio ueniam iure exigat, quod monent  
doctores (r). In principe autem neque opus est, cui etiam  
in plerisque casibus l. 44 ff. de aquir. uel amitt. poss. fauet, ita  
distinguere. Is sane cum regendae reipublicae intentus ac  
penitus his curis occupatus sit; fieri non potest, ut in archi-  
uorum angulis lateat, inter chartas, tineis & blattis exesas ac  
multorum seculorum puluere atque aerugine infectas. Sit  
igitur, facti ignorantia ab illo transactum esse; sane in causa  
reipublicae nunquam non retractare licebit transactionem,  
si noua instrumenta producantur, transgentibus incognita.  
Interim in principe, qui rem diplomaticam industrio ac rerum  
gnaro archiotae committit, ea cura omnino extolli debet.  
Memini, me quandam a uiro illustrissimo, Barone PRIEL-  
MEIERO audituisse: Boioariae ducem Maximilianum ma-  
gnis sumptibus homines aliis idoneos, qui omnia Boico-  
rum principum reipublicae iura cum ex editis libris, tum  
principue ex ineditis sacri scrinii monumentis eruerent di-  
gererentque, ut in promptu semper deinceps esset admini-  
stris, exinde in quoquis negotio instrui atque perpetuis hisce  
magistris informari, ne forte per ignorantiam peccarent.  
Atque haec uolumina hodienum in archiuo superesse, pul-  
cher.

(r) Si factum sit antiquum: si intricatum: si dominum habeat alios occupatio-  
nibus obseptum. Ita Bartolus; Iason; Alexander aliquie, quos laudat  
VVESENBECKVS adff Lib. XXII, tit. 6. 6. 3. p. 403.

cherimum Boiiici imperii instrumentum. Melius enim longe est, iura principio salua esse, quam post vulneratam causam remedium quaerere. Exempla eorum administrorum non sine odio quodam possunt adduci, qui superiori seculo cause principis sui per ignorantiam offecerunt transfigendo, atque, aliquo interuallo post melius edociti, tum *de mun informationes facti & iuris deductiones & foetus* alios, inopportuno ac nimis sero tempore, occasione scilicet calua, excluderunt. Infelices proh! partus, testes culpae & iacturae apuduenturam posteritatem. Ceterum fieri nihilominus potest, ut, si formula transactionis etiam ad ignorata claris uerbis dirigatur, frustra deinceps sit, pro eius retractatione allegare & producere *noua instrumenta*. Tum enim unus praefumitur alteri donauisse. Hæc enim PAVLI ICti uerba l. 53. de Reg. Iur. C. cuius per errorem dati repetitio est, eius confutatio est.

Quid si for-  
mula inclu-  
dat ignorata

S. V. Succedit tertius casus, si instrumenta nouiter reperta errorem detegant, a transactoribus commissum, an tum quoque rescindant transactionem. Evidem non nescio, errorem & ignorantiam a ICtis plerumque confundi inuicem atque in legibus quoque Romanis utrumque commisceri. Mihi autem, luculentioris doctrinae ergo, haec omnino distinguenda esse, uidentur. Ad ignorantiam enim sufficit negatio ueritatis: error autem praeter negatam ueritatem, etiam falsum adponit ac superaddit. Ignorare itaque est ueritatem nescire; sed errare idem ac falsum pro uero habere. Similitudine utar: ignorat pastor ouem omissam, ubi delitescat; sed si peregrinam ouem pro sua apprehendit, errat. Ignorantia igitur longe tolerabilior est: perniciosior longe res error. Atque haec causa est, quare magistri dicant, male ignoros discipulos, quam errantes. Illis sufficit, discere: hi ante dediscere debent, quam dicere. Illi cum hor-

3) Errantis  
nullus con-  
fensus.

to conferri possunt, rerum uacuo, cui nullo negotio plan-  
tae inseruntur: *hi uero similes horto, infelici lolio ac steri-*  
*libus auenis obsto, ubi euellendo ac eradicando industria-*  
*ante exerceri debet, quam fatoris manus requiratur.* Sed  
uenia sit, in re latis clara propter auctoritates dissentientium,  
aliquanto prolixum fuisse. Id nunc ad intelligendum  
facilius est, quod si *non cogitata & ignorata* consensu ob sint  
atque adeo tollant transactionem: utrumque maiori longe  
iure affirmandum esse de errore. Non uidentur, qui errant,  
consentire inquit VLPIANVS l. 116. de R. I. & IVLIANVS,  
*ERROR litigotorum non habet consensum l. 2. pr. ff. de iudicis*  
*& alia l. 2 ff. de confessis non fatetur qui errat neque qui er-*  
*rat consentit l. 15. ff. de iurisdictione.* Quodsi igitur superi-  
us clarum fuit, in omni transactione requiri *consensum* apud  
transigentes: *errantis* uero per haec tenus citatas leges nul-  
lus consensus sit: prona consecutio est, errantis nullam  
transactionem. Ita enim in scholastica forma dices: *O-*  
*mnis, qui transigit consentit, errans non consentit;* ergo er-  
rans non tranfigit. Ne uel hic casus desit; eudem astere-  
mus. Transegerat forte Archiepiscopus Magdeburgicus  
cum Saxone de *Burggrauiatu*, quasi is *feudum immediatum*  
sit S. R. Imperii. Aliquo interuallo post reperitur diplo-  
ma, unde docetur Burggrauiatum hunc *subfeudum* esse, a  
solo *Archiepiscopatu* pendens, adeoque non Caesaris aut  
Imperii, sed beneficium folius antistitis Magdeburgici. Do-  
cet igitur nouum hoc instrumentum, *errore* transactum es-  
se. Aliud exemplum subministrare potest *articulus XIII.*  
*Instrumenti Risiensis.* Conuentum ibi fuerat cum Gal-  
liae rege his uerbis: *restituantur quoque in plenariam & li-*  
*beram possessionem Wurtenberg.* Dux tam feudorum suorum  
Burgundicorum *Clereval & Passauant,* & quae sequuntur. Sed  
a rerum gnaris luce meridiana clarius ostenditur, has dyna-  
stias

stias nullo prorsus iure feuda: sed ditiones fuisse, cum summa potestate a Mompelgardenibus principibus administratas. *Errore* igitur transigentium prodito, aequitatem omnino uelle existimauerim, ut Galliae rex cum supremo iure (mit aller Souverainität) pristinis possessoribus sua restituat. De nexus enim feudali nulla tum disputatio fuit adeoque transactor Wurtenbergicus in hoc cau*ta* aut *non cogitauit*; aut *nesciuit*; aut *errauit*. Siue igitur *instrumenta producta* non cogitantem admoneant; siue instruant ne-scientem; siue in uiam tandem errantem reducant: ubique salua erit, per haec tenus tradita, Wurtenbergici auctoritas.

¶. VI Haec tenus nouis *instrumentis* in transactione locus est factus, si haec, *consensum* transigentium abfuisse, com-monstrent: nunc afficmandum est, quid de illis pronuntiantur, quae rem plane *indubiam* esse docent: utrum & haec remediis istis accensenda, quibus *retractari* possit transactionio. Supra(s) ostensum est, transactionem frustra institui de *re certa*, atque *indubia*; id quod ibi legibus ac rationibus doctum est. Quod si igitur *nouum instrumentum* eius *roboris* ac firmatis sit, ut, eo penitus aliquantum perspecto, omnium prudentum iudicia sint, materiam, de qua transactionum fuit, *nihil unquam dubitationem* habuisse: mihi omnino haec idonea esse causa uidetur, ut claro iure talis transactionio retractetur rescindaturque. Neque dimouet me ab hac sententia, quod tamen factae transactionis tempore res *dubitacionem* habuerit. Dico enim, propterea eosque substituisse transactionem & nunc demum expirare, quando *noua instrumenta* omnem eximant iuris aut saeti incertitudinem. Ex iure Romano forte ea addi causa potest, *quia res*

D 3 in

(1) Cap. I. S. 5. p. 9. addatur l. 1. ff. de transactionibus & quae cap. I. S. 3. p. 4. scripsimus. Prasindicio id quoque confirmat Petill. STRTKIVS Sec. III, §. 7. S. 2. p. 365. de cautelis contractis.

*in eum statum uenit, a quo incipere non poterat.* Fundamento enim destructo, corruit omne id, quod talia instrumenta, quae, quod dubium hactenus fuit, indubium certumque reddunt, transigentes omnino erroris arguant, quo retractari posse transactionem suo iam loco (t), idoneis rationibus adlerui. Accipe casum. Postulauit Pontifex istam Italiae editionem a Caesaribus, quam hodie, incongruo nomine, patrimonium dicimus Petrinum: idque eo fundamento, quoniam cuncta haec iam a Constantino Magno Papae fuisse donata. Allegat hoc pia simplicitate Papa: bona si de idem credit Imperator. Multis leculis post ea instrumenta in scenam producit Laurentius Valla, ut tironibus quoque pateat, donationem Constantini fictitiam esse, nullum unquam fuisse Pontificiae actionis fundamentum, rem omnem extra dubitationem clarissimae luci exponi. Atque hoc calu ego pronuncio, propter haec instrumenta, quae rem indubiam faciant, transactionem omnino fore retractandam. Perillustris uir, S. STRYKVS (u) simili te re praiejudicio hoc communiuit: quem hic consuli omnino uelim.

*Quid si lis calumniosa;* §. VII. Multo minus autem dubitandum est, *transactionem retractari*, si noua instrumenta ueritatem, ita in aprico ponant, ut euident sit, alteram, transigentium partem omni causeae fundamenta destitutam fuisse. Tum enim l. 65. §. 1. ff. de conditione indebiti hoc retractandi remedium claris uerbis praescribit. *Quod transactionis nomine datur, non repetitur.* Sin autem euident calumnia detegitur, repetitio dabitur. Calumniosam autem item dicunt doctores, non tantum quae dolo: sed quae nulla ratione suscipitur. Clarius est l. 6. ff. de conditione ob turp. uel iniustum causam ubi

(v) Cap. II, §. 5, p. 29. (u) In libro de cautelis Contractuum Sect. III. c. 7. §. 2.

ubi VLPIANVS ait: *Perpetuo Sabinus probauit veterum opinionem, existimantium. Id quod ex iniusta causa apud aliquem sit posse, condie. Quod enim iniqua transactione extorquetur, illud iniusta omnino causa extortum esse, existimo.* Neque alteri iniuria fit, si, quod illegitima transactione accepit, restituat pristino domino. Non sane, inquit PAPINIANVS, uidentur rem amittere, quibus propria non fuit l. 83. ff. de R. I. Quo sum etiam iuris regula pertinet: *omnia quae iure contrahuntur, contrario iure pereunt l. 100. de R. I.* Multo minus qui iure suo hic utitur, peccat. Ita enim PAVLVS ait: *nemo damnum facit, nisi qui id fecis quod facere ius non habet l. 151. de R. I.* Dabimus exemplum. Petrit rex Sueciae, quod publica nunc fama circumteritur, a Gedanensibus debitam Canuto quondem regi pecuniam. Ciues propter usuras tot seculorum transigunt de certa summa, qua rex quoque acquiescit. Post testimonium adseritur, omni exceptione maius, pecuniam ipsiam Canuto solutam fuisse. Quis quaeſo aliud iudicium a piissimo rege expectabit? quam dogmati exposito conforme. Scilicet irritam esse, propter caulas allegatas, transactionem & caluniosae litis effectu acceptam pecuniam utique restituendam. Non credidissem, ullum donorem fore qui huic ueritati obuiam sit iturus. Sed praeter expectationem plurimi reperiuntur, aut legum superstitione obtusi aut placitis aliorum ab aequitatis tramite abrepti. Sed hi ad aliam classem pertinent paulo inferius constituendam.

§. VIII. Sunt in iure nostro *leges* satis luculentae atque summa aequitate sanctitae, quae etiam ea, quae recte constituerunt, resoluī putant, cum in eum casum reciderunt, a quo non potuissent confidere l. 98. pr. ff. de V. O. Aut quae uerba sunt PAVL: *placere extinguiri obligationem, si in eum casum incidet,*

Pernova instrumenta  
res uenit in  
alium statum.

rit, a quo incipere non potest l. 140. §. 2. ff. de V.O. Quorsum etiam l. 153. de R. I. quodammodo pertinet: quibus modis obligamur, iisdem in contrarium adiis, inuentione nouorum instrumentorum, liberamur. Neque sufficit legislatori- bus ita generatim paecepisse. Ipsa enim exempla adferunt, ueritatem, placiti huius aequitatemque common- strantia. Lex 38. pr. ff. de solut. de illo agit, qui, quod capite diminutus sit, non soluit. Lex 40. §. 3. ff. de Paet. eum sistit, qui negotium reuocat propter superuenientiam liberorum. Lex 14. ff. de Procur. mandatarium excusat propter super- uenientes inimicities capitales. Quod si igitur noua in- strumenta transactionem in eum statum redegerunt, in quo fieri iure transactio aut incipere non potuerit: toties quo- que eandem, ut alios, nunc recensitos contraetus, dissolu- puto & retractari. Atque illud fit, siue rei non cogitatae; siue ignorantiae; siue erroris aut calumniae noua instrumen- ta transactores conuincant. In horum enim neutro uerfa- ri potest iure transactio: quam de re cogitata; cognita; ue- raque fieri debere; suo loco superius ostendimus. Vnde & repeti casus possunt, ne eos hic praeterisse, uideamur. Quod si tamen exemplum aliquod hic desideres, praefato est. Controuertitur inter Saxoniae & Boioariae ducatus de iu- re praelationis, praecedentiam dicunt. Quaelibet pars ad praeiudicia configit, quibus cognoscitur, mox hanc; ite- rum illam domum diuersis temporibus atque principibus inuicem praecessisse. Cedit forte loco Saxonia; quia ui- det, plura esse Boioariae praelationis praeiudicia. Postea instrumenta producuntur, unde patet, olim praecedentiam fuisse non principatum; sed principum, quo quisque aeta- te, auftoritateque paece alio eminuerat; adeoque factum, ut si Boius aetate prouectior esset, Saxo autem iunior an- nis, eapropter huic ille ordine paeferretur. Hodie uero  
alii

alia rerum facies, ubi *principatus* suum ordinem habent atque locum definitum (die Fürstenthüme halten ihren gewissen Rang) ut tenellae aetatis princeps alium praecedat, qui annorum granditate conspicuus est. Poterit igitur ex his intelligi transactores *pristinos* mores cum *nostri*, praecedentiam *principum temporariam* cum perpetua atque *aeterna principatum* praecedentia, quae nunc quaeritur, id est statu cum statu commiscuisse. Qua certe status diuer sitate *nouis instrumentis* probe edocta, putauerim *transaditionem*, per ea, quae exposui, optimo iure retractari.

§. IX. Postquam pluribus euictum est *rationibus*, trans actionem retractari iure posse, nouis instrumentis reper tis: ordo dicendorum nunc uult, ut eandem quoque sententiam *LEGIBVS communiamus*. Evidem existimo, hanc pollicitationem, supra factam eo iam nobis expletam fuisse; quod ipsis *rationum* momentis *leges* passim adiunxerimus, hic omnino repetendas: ne tamen uacuus hic locus sit, noua industria hoc promptuariam excutiemus, Non uero quis paucitate m illarum mirabitur. Cum enim quae haec tenus adductae sunt, hanc ueritatem extra dubitationem reponant: condonandum id co facilius legislato ribus, quod in re manifesta & alibi satis prodita, non ita multi sint. Quae cuique *ratio*, a nobis haec tenus exculta, suggerit ac imperat; quid opus est, ea legum sanctione imponere ac praescribere. Atque haec causa est, quare obiter tantum & aliud quasi agendo Romani legislato res hanc ueritatem, per allegatas superius rationes satis claram, profiteantur. Praecipuum mihi hic locum mereri uidetur *I.5. C. de dolo malo ubi non ICti, sed imperatores Dioclet. & Maxim. filiae transigent ita praecipiunt*

*si cum patre tutore transegisti bona fide. Si*

Expendatur II. Leges.

laesa es immodice, non de dolo, per paternam  
uerecundiam, sed in factum actio tibi tribuenda.  
Non nescio, interpres atque doctores de hac lege mi-  
rum inuicem dissentire atque summopere digladiari. Se-  
positis ergo sententiis aliorum, nobis de uero eius sensu i-  
ta uidetur Laesa est filia in transactione, cum patre inita,  
Propter laesione rescidere uult transactionem. Qua acti-  
one? Non doli l. 4. §. 16. ff. de doli except. ne honorem pa-  
tris prostituerit l. 2. ff. de obsequiis parent. igitur in factum,  
ut famae paternae consulatur, quae ubique liberis sancta  
esse debet, l. 9. ff. eodem. Hinc ergo concludi potest, pro-  
pter laesione immodicam abiri posse a transactione. Ne-  
que est, ut quis, hic *dolum laesioni adiunctum fuisse*, existi-  
met. Primo enim textus non nisi de *immodica laesione acti-*  
*onem* concedit, ast *minima etiam laesio*, si dulus accedit,  
parit actionem l. 19. C. de transact. Deinde transactio  
haec dicitur *bona fide* inita; quae non congruit dolosae  
transactioni l. 9. §. 2. ff. eod. Post, cum in lege dicatur, si  
nouatio aut acceptatio transactionem subservienta sit, *nullam*  
superesse filiae actionem, facile ad intelligendum, *dolum*  
*hic*, fraudulentum non adfuisse, cuius causa laesae omnino  
actio superfuisset l. 1. pr. ff. de dolo malo. Neque obest huic  
interpretationi, quod tamen uocis, *doli* clara mentio in tex-  
tu fiat. Patet enim uel et titulo ff. de dolo malo, quod *laesio*  
quoque cum *fraude non coniuncta dolus* audiat. Denique  
dum Imperator laesae filiae actionem in factum commen-  
dat, tantum non eo ipso affirmare uidetur, contra transac-  
tionem agi posse, *absente etiam dolo*, ob solam laesionem.  
Neque est, ut quis dicat, hoc si concedatur, leg. 2. C. de re-  
tract. uend. in transactione locum, adeoque *concordiam ex*  
*lege dari*, neque opus esse actione subsidiaria *doli*. Satis-  
facit

facit enim huic dubio l. 7. §. 3. ff. de *dolo malo* his uerbis:  
*non solum autem, si alia actio non sit; sed & si dubitetur tantum,*  
*an alia sit, de dolo danda actio.* Ceterum, haud difficulter  
 constabit, quare tanta sollicitudine probauerim, propter  
*laes ionem retractari posse transactiones.* Sane si hoc euice-  
 ro, quius etiam largiatur, oportet, easdem propter *noua*  
*instrumenta iure retractari*; quoniam *noua instrumenta* nul-  
 la sunt, nisi *laes ionem* in transactione loquantur. Omnino  
 itaque & *nuda* ratio ostendit & illa quae legibus communita  
 est, *legi 2. de rescind. uenditione* locum etiam in transactione  
 concedendum esse. Quod enim ibi his uerbis praecipi-  
 tur: *ut, si rem maiori uel minori pretii distracteris, humanum*  
*fit, ut iudicis auctoritas intercedat, id est laeso subueniatur;*  
*id. l. 5. C. de dolo malo de transactione uidimus.* Accedit et-  
 iam l. 36. ff. de *uerbor. oblig.* in fine, ubi in omnibus conuen-  
 tionibus laeso succurritur & laesio, absque animo fraudan-  
 di facta, doli quoque vocabulo, quod supra uoluimus, ap-  
 pellatur. Ceterum superest alia l. 29. C. de *transact.* quam  
 in meis castris omnino me crediderim reperiisse. Verba  
 haec sunt: *sub praetextu specierum (instrumentorum) post*  
*repertarum, GENERALI transactione finita, rescindi eam*  
*prohibent iura.* Videtur forte primo conspectu, consul-  
 tius esse, hanc legem silentio tegere, quod instrumentis  
 postea repertis prorsus obsit, quam eandem ex hac scena  
 producere. Ita omnino est, si ariadneo sidere doctorum  
 in hoc labyrintho duci uellem. Sed meis & hic oculis ui-  
 dere placet; qui ita arguunt: *si in GENERALI tantum trans-*  
*actione nihil efficiunt noua instrumenta; efficiunt certe illa a-*  
*liquid eo respectu, quo transactio generalis non est.* Id uult  
 imperator: *transactio, quae generalis est, ratione rerum*(a),  
 illa

E 2

(a) *Vt quid hic uelim, luculentter pateat, consuli debet cap. I. §. 6. p. 10. & II. at-*  
*que*

illa perimit noua instrumenta rerum: & contra generalem transactionem intuitu argumentorum (b) frustra quoque adducuntur noua argumentorum instrumenta: atque idem dicendum in transactione personarum ergo generali, quod ei nihil, officiant noua instrumenta personarum (c). Atque hoc omne sanam quoque rationem imperare, docui superius (d). Verum proderunt contra transactiones in primo genere instrumenta ex altero prolati: & ex tertio repetita facient contra utrasque in ordine primo atque altero (e). Id scilicet est, quod supra monui (f), frustra instrumenta repeti, quibus in generali transactione iam fuerit renunciatum: siue illa post transactionem admoneant de incognitis (g): siue detegant errores (h): siue ignorata doceant (i): siue falsa ostendant (k); nemicam prosunt, ubi iuribus vel incognitis; vel erroribus, vel rebus ignoratis; vel etiam falsis aut cunctis hisce bona fide est renunciatum. Quod si autem in formula horum alicui expressis verbis renunciatum non sit; noua instrumenta proderunt & irritam reddens transactionem (l). Sed quid doctores ad haec? Horum oscitantiam suo loco convellemus.

Leges patrie  
GERMANY  
NORVM,

§. X. Possem nunc relinquere hanc classem, postquam & rationibus & legibus Romanis comprobatum est, etiam

que cum hoc iungi cap. II. §. 3. p. 20, ubi & formulae recitatae sunt, quare his sigillatim in generali & cunctis in universalis transactione possit renunciari, ut noua instrumenta prorsus frustra requirantur.

(b) Cap. I. §. 6. p. 10. Cap. II. §. 5. p. 22. (e) In locis in utroque capite iam citatis. (d) Quia quilibet iuri suo renunciare potest Cap. II. p. 24. 29. (c) Scilicet transactio, quae generalis est ratione rei; specialis esse potest & argumentorum & personarum causa, quod docui Cap. II. a pag. 20-23. (f) Cap. II. §. 3. p. 23. (g) Exempla habes cap. II. §. 3. p. 19. (h) Casus docet cap. II. §. 5. p. 29. 31. (i) De hoc genere cap. II. §. 4. p. 24. (k) Plene de his actum cap. II. §. 6. pag 32. seqq. (l) Quod in locis sigillatim citatis sufficienter ostensum esse, existimo. Expressis autem verbis renunciatio fieri debet: quia negotiorum transfigentium stricti juris est, neque, qui transgit, donare praesumimus Cap. I. §. 7. p. 11. seqq.

*Latinis moribus transactionem propter noua instrumenta reperta iure retractata fuisse. Ut tamen clarius adhuc constet, quanta iniuria partium aduersa opinio etiam nunc in Germaniae foris regnet: quarundam patriae prouinciarum statuta hic adducenda esse, existimau. Evidem si pristinos Germaniae mores cogito: non miror, nihil in codicibus legum Allemannicarum de hoc argumento dispositum reperi. Veteres enim Germani paucas leges habuerant, neque alia praecipientes, quam illa, quae aut moribus conseruari aut ratione perspici nequibant. In hoc autem numero nullo iure, quod supra demonstravi, poterat reponi transactio, utpote cuius momenta sanae etiam rationi obvia sunt. Verum Romanis postea iuribus atque doctoribus in Germania auditis, tum demum usi sunt huius generis tituli in legibus prouinciarum. Non tamen fieri poterat, ut ciues nostri, quanta etiam Italorum interpretum penes ipsos esset autoritas, ab aequitate & patriis moribus ita desuefierent: ut sententiae; transactionem per nulla instrumenta nouiter reperta, cuius etiam generis illa sint, conuelli posse, calculum suum adderent. Verum plerique, sana mente duce, existimarentur: quamvis transactionem iure retractari, ubi instrumenta producantur, quae alterum transigentium laesum esse, commonarentur. Nemo mihi uitio uertet, si WVRDENBERGICA, id est patriae meae iura principio hic laudauerit, non tolum, quod ea ciuem proxime tangunt; sed etiam, quod in illis tentia nostra circa ius retractandi transactionem propter noua instrumenta reperta, ea claritudine exposita & publicalegis sanctione recepta sit, ut statuta alia hoc casu post relin-*

LL. VVVR-  
TENBER-  
GICAE cir-  
ca ius retrac-  
tandi trans-  
actionem,  
nouis instru-  
mentis rep-  
teris.

*querere uideantur. Verba autem(m) haec sunt: Es sol-*

E 3

len

(m) Land-Recht des Herzogthums Württemberg II. Thess. tit. 22. von gültischen  
Verträgen/ ed. Stuttgardianae 1680. 12.

len die Verträge / welche in einer sondern Sache geschehen : (ut l. 9. ff. de transact. & l. 31. C. eodem) sich auf keine andere Händel erstrecken. Ohngeachtet die Worte des Vertrages etwas general oder weitläufig [nihil amplius petam] begriffen. Quae omnia superius ad normannioris quoque Romani explicata sunt (n). Et in ultima paragrapho eiusdem tituli von gütlichen Verträgen ; Welcher in gütlichen Verträgen über den halben Theil desjenigen / so Ihme von Rechtswegen gebühret hätte / verkürzt oder vernachtheilet worden / der mag entweder um rescission oder Aufhebung solchen Vertrages durch rechtliches Klagen [nouis scilicet instrumentis repertis] ansuchen : oder aber ihme der Mangel von seinem Gegentheil nochmahlen ergänzt zu werden / begehren. Atque de hoc ipso quoque plene actum est suo loco (o). Patet igitur ius *WVRDENBERGIVM*, suo utique merito ab aequitatis ac iustitiae laude tantopere commendatum, omnino largiri, ut propter *nova instrumenta transactione bona fide inita retractetur*. Si scilicet haec doceant, de quo non cogitarunt transactores, aut *laesio* ultra dimidium ostendant. Quae enim instrumenta neutrum probant ; illa sere indigna sunt, ut, litibus iterum excitatis, in scenam reducantur. Aut enim sciens quis de iure suo transigendo dispositus ; aut ignorans. Si *hoc*, quaevis *laesio* rescindit transactionem ; si *illud* non nisi summae enormitatis. Accedit etiam, quod patrum ius nostrum laesio non ad *dubium litis eventum* aestimet, qua sententia vix stultior esse potest, cum futurorum contingentium nulla scientia sit, & apud ipsos doctores ac interpretes juris in prouerbium abierit ; in foro saepe plus efficere in iudice fauorem, quam

(n) Cap. II. §. 3. p. 18. 24.

(o) Cap. II. §. 9. p. 38.

quam in codice legem. Melius Wurtenbergica. den  
halben Theil so ihm von Rechtswegen gebühret hätte /  
id est dimidiam rei debitae partem , non quae talis demum  
dici potest, finito processu, subductis forensibus impen-  
sis. Hactenus de Suevico iure in hoc calu: nunc ad Sa-  
xonicum. Quamvis enim is ego non sim, qui existimet,  
duplici hoc iure uniuersam ullo tempore Germaniam re-  
Etam fuisse; ubi mihi neque pragmaticae sanctionis *Aur.*  
*Bull.* auctoritas sufficit, quam certus sum, odio ac iuore in  
Boicam Domum scriptam fuisse: ad aequitatis tamen op-  
tionem firmandam omnino faciet, si *SAXONICA* quoque  
instituta nostram tueri doctrinam ostendero. Ita autem  
constitutum uoluit AVGVSTVS elector (p): Unsere  
Schöppenstühle seynd bishero dessen einig gewesen/das  
die dispositio l.2.C.de resu. uend. auch in transactione statt ha-  
ben solle / ungeachtet was etliche der Doctorn weitläuf-  
tig hier von disputiren. Aber diß ist etwa bedenklich ge-  
wesen / ob iuxta distinctionem Bartoliz sprechen/ qui fa-  
cit respectum ad eventum litis. Wenn aber der Be-  
weis disfals schi schweht und fast unmöglich ist; so haben  
sich unsere Verordnete hierinnen verglichen auf die laesi-  
on vor sich selbst, und nicht ad licet euentum zusprechen/  
ohngefähr in dieser oder dergleichen Form: sprechen wir  
vor Recht / da ihr / wie recht (per noua instrumenta)  
erwiesen würdet / daß euch / zur Zeit des aufgerichte-  
ten Vertraas (non si postea rei transactae pretium creve-  
rit) mehr denn nich so viel / als euch darinuen zu gehan-  
delt / (non gehandelt uti editio Carpzoviana) gebühret  
hätte / und daß Ihr also über die Helfste euer Gebühr-  
niß

(P) Parte II. Constitut. 34. Ob Verträge (non Verträge ut exempla codicium recentiora) wegen hoher Verleihung gesetzlich werden mögen?

niß verkürzet worden / so wäret ihr auch befugt zu suchen / daß solcher Vertrag aufgehoben / oder aber der Mangel nochmahls erfüllet würde. Es wäre denn / daß auch super laesione wissentlich transfigiret worden. (Ligatur ubi aut non cogitata aut errorem aut ignorantiam detegunt instrumenta, denn dieses alles heist nicht wissentlich transfigiret / ibi rescinditur transactio; firmat enim regulam exceptio.) In welchen Fall solches remedium nicht statt haben soll / welches wir uns auch gefallen lassen. Miror sane Saxonicos lCtos postquam clarissima principis legislatoris uerba habent, tamen in hac doctrina adhuc dum titubare. Quod aut partium studio sit, aut perniciossissima pro auctoritate Italicorum interpretum superstitione. Non crediderim, me, pro iure retractandi transactionem propter noua instrumenta reperta, ullum argumentum aut casum superius allegasse, quem hic uerba ac lensus *Augusti* non attingant complectanturque. De Marchia BRANDEBVRGICA, quod huic quoque consuetudo sit, nostrae opinioni congrua, testis, esse potest *Ioachimus SCHEPLITZ* (q). Atque idem in BRUNSVICENSI aula, ubi Cancellarii munere functus est, docuit *Baltazar KLAMMERVS* (r). Vterque enim locum facit L. 2. C. de rescind. uend. de quo hactenus fuit disputatum. PALATINAE leges (s) id quidem non minus uolunt: *So derienige Theil / welcher dem Vertrag gemäß zugeleben sich verweigert / erhebliche Ursachen fol-*  
*her*

Iura Marchia  
ca ac Brun-  
suicensia.

Palatina.

(q) In Marchiae consuetudinibus hoc non reperitur, sed in Promptuario iuris id est commentario, quem ad Klammeri epitomen iuris Germanicam scriptis Tit. XIV. §. 5. p. 354. (r) In iurisprudentia Germanica ad filium scripta tit. 14. n. 14. Das Recht der laesio hätte auch statt in transactione oder Verträgen. Sed alibi magis fuerit parti aduersa. (s) *Chur-Pfälzisch Land-Recht Part. II. tit. 13. p. 23.* von gütlichen Verträgen und Rechtungen edit. Heidelberg. 1682. f.

her Verweigerung anzugezen; als daß er in solchem Vertrag über die Helfte billigen Werthes verlehet worden / und solches beweise; so solle darauf was Recht erkennen werden; sed tamen in fine aduersae parti magis facere uidentur. Dubium prolus est, quorsum Cliuenses Cliuensis hoc casu leges referre debeam? Verba adeo clara non sunt, quin diuersam interpretationem admittant. Aber die Anlaß (Austregae) und Vortrage so nächlicher Weile (quod in iure Romano explosum l. ult. C. de transact. in Ordnungsschafft und ganz unordentlicher Weiß (scilicet si de re non cogitata, ignorata, falsa, erronea transactores obligari uolunt,) sollen allerdings nichtig und von Unwehrft seyn und bleiben (t). Sed fateor, taedet pigetque plura statuta euoluisse. Nam video, miseros ciues nostros in his etiam condendis Romana iura coeco impetu coluisse, neque ad rationis & aequitatis amissim exigisse leges provinciales, ut fieri debuerat, sed religioni habuisse, uel latum unguema veteranis interpretibus secessum facere. Atque hanc propriarum animi virium dissidentiam non possum non incusare in legislatoribus nostris, seculi XVI. in primis quo tempore unius etiam aut alterius tantum leucaedomini nouos legum codices fabricarunt; non, ut aequitati in territoriolis aut manipulo ruricolarum & ignauorum ciuium subuenirent, sed, ut, leges ferendo, dictatoriam ostenderent autoritatem, aut, quod pluribus contigit, & suam & ministrorum proderent inertiam. Reperies hic, non ad patrios mores aestimari; non sub incudem reuocari lanae rationis peregrinorum hominum, Italicorum interpretum decreta. Errant illi, nostri quoque delirant: sunt illi ambigu; nostri non minus haesitant & sententias, ab illis non

Per oratio de  
ineptis legis-  
latoribus in  
Germania.

F

defi-

(t) Jülich'sches Land-Recht P. II. tit. 10.

definitas, hi quoque profiteri diffidunt: saepe, ut uel aliquid tantum dixisse videantur, dubius uerborum in uolucris irretiunt, quod ipsi non intelligunt, ut diuinatore opus sit, si scire uelis, cui demum parti calculum addicant. Scribo haec ex iusto dolore. Quanto enim desiderii impetu GISEBER TI *Iustinianum Harmonicum* euolui, qui cum titulis iuris Romani prouincialia Germaniae statuta conferre uoluit: tanto librum taedio postea abieci, quod non harmoniam offendierim, sed eiusdem cantilenea fastidiosos susurros. Felicius longe fieret cum re iudicaria Germanorum: si legibus Latinis aut colla prorsus subderent aut nullam, quam aequitatis, haberent rationem. Sane homines, omnis disciplinae ignaros, modo animum afferant a praeiudiciis aliorum immunem atque patriae consuetudinis non expertem, aquiores longe atque magis salubres ciuibus leges scripturos esse, existimo; atque illos condidisse reperimus, quorum oculis errores & dogmata aliorum glaucomata obduxerunt. Quam ueritatem, ut exemplo, atque a posteriori, quod dicitur, comprobem, locus annualium Magdeburgici Scabinatus (u) occurrit, ubi habetur, anno 1480. *Praetorem urbanum*, cuius magna in hac urbe autoritas, de plebe electum fuisse opificem coriarium, qui antea etiam *Scabini* munere defunctus sit. Ast illo tempore, institutis iamiam Academiis, non poterant deesse viiri, *Doctosi* aut *Licentiati* insula corruscantes. Quibus tamen uidimus praelatum esse opificem. Sed rede-

un-

(u) Quod Chronicon MSC. a Scabino seniore emtum, exat in libraria supellecli D. Praefidis atque historiam his verbis recenser: Als man schrieb 1480 Jahr / an St. Agnesen Tag / ward Giorius Cartervitz mit dem Schulteischen Amt belehnet. Derselbe neue Schulth. ist war zuvor ein Schoppe genessen / und war auch ein Handwercks-Mann im Garber. Maluerunt ergo sum in iudiciis indectos veteranos, quam Ictos iuuenes.

undum e diuerticulo in uiam; ex Alemannia ad regna exterorum; quid ibi atque per hos iuris sit, si post transactionem noua instrumenta allegentur; an, si haec *laesiones* ostendant, retractare liceat transactionem. De *LVSITANIA* sane testatur *Aluarius VALASCVS* (x), cum suo, tum pristino tempore in publicis eius regni iudiciis ita pronunciatum fuisse, transactiones, novis instrumentis reperitis, quae laesione ultra dimidium docuerint, esse retractandas. Idem quoque moribus *HISPANIAE* non peregrinum esse, autor est *Didacus COVARRVVIA* (y). E *GALLIAE* regno pro hac eadem sententia doctores laudat *Aries PINELLVS* (z). In *Angliae* atque *septentrionalibus* regnis aliis, quid iuris hic sit, difficilius cognoscitur, cum quod Romani isthac iuris non tanta quae alibi auctoritas, tum neque doctorum is pruritus sit, ut decreta forensia in publicam lucem protrudant aut responsorum, decisionum, consiliorumque tot uoluminibus abundant. In *Latio* uti schola subtilioris iurisprudentiae quondam fuit: ita nullam in iure haeresin indicaueris, quae fuis ibi se. Etatoribus destituatur. In nostro casu eo minus id uideri mirura debet, quoniam duo numina doctorum *Bartolus & Baldus* in partes abierunt. Ut facile ad intelligendum sit, quare multi unius; iterum plures sententiae alterius adhaerent. *BARTOLVS* (a) in nostris militat castris, cum

F 2

eoque

(x) Tom. II. Consultat. XVIII. n. 7. p. 91. Idem his uersibus repetit Ludouicus MOLINA Tract. II. Disput. 556. p. m. 1373. atque sententia haec praecipue est amplectenda in *Lusitanis*, ubi, ut lib. IV. Ordin. tit. 30. §. 3. habetur, ea actio conceditur non solum in emtione & uenditione ac locatione; sed etiam qualicunque re cauenda. (y) Tom. IV. Variar. Resolut. Lib. II c. 4. p. 55. qui hoc beneficium etiam quaque concedit, si iureiurando arque generali formula liti fuerit renunciatum. (z) Part. I. c. 4. n. 12 seqq. de emtione & uenditione. (a) Praeter alia loca epulundus est commentarius 1. 2. C. de rescid. uendit.

Lusitanis

Hispania

Gallia

Italia,

eoque innumeri interpretes atque doctores alii; quorum plurimos laudauit Ioseph. Ludouicus ab ASISIO (b). Hæc de consuetudinibus locorum.

*nomina quo-  
rundam DO-  
CTORVM.*

§. XV. Supereft, ut nunc etiam nomina *doctorum* inuestigemus, cum tanta hodienum in numero idem sentientium reponi soleat auctoritas. Evidem fateor, paucissimos reperiri, quibus mea haec castra instruxerim. Verum ut saepius in iure fit, illos, qui in *cardinalibus* atque ordinariis locis veteri lyra oberrant, uel inaduertentes uel etiam ueteranorum praetudiciis occupati; tamen extra ordinem deinceps, & quasi aliud agendo, ueritati aequitatique litare eamque uel claris uerbis prodere uel bona conjectuione iudicio lectoris ingerere ac insinuare, ut certum sit, paucissimis iurisprudentiae ea principia esse, quae sibi constent & ubique bene cohaereant: ita quoque idem in hoc argumento intellexi. Ut adeo mihi perinde fuerit siue *directe* siue *indirecte* siue *claris* siue *obscurnis* uerbis & quod dicitur, *consecutus* mecum sentientes, in hanc scenam produxero. Non mihi otium est, in suas classes digerere atque disponere allegandos doctores, quo scilicet tempore scriplerunt: sed pro ut quisque nobis in manus uenit, ita quoque laudabitur. Ioh. Vincentius HONDEDAEVS, Ictus Italus (c) his uerbis suam opinionem prodit, nostræ congruam: *si transactio non rescinditur ipso iure; rescinditur tamen beneficio restitutionis in integrum.* Cum regulariter per instrumen- ta de nouo reperta competat aduersus sententiam restitutio in integrum. Plenior longe Matthias BERLICHIVS (d), cuius in hoc casu *decisio* mereri uidetur, ut hic per epitomen

(b) Decisio XIX. n. 65. p. 54. atque inter hosce IASONEM; utrumque SOCINVM; CAGNOLVM; DECIVM; IMOLAM; de AFFLICTIS.

(c) Consultationum volum. II. Part. 2. Consult. 27. n. 6. p. 195. (d) Part. II. Decis. CCLXIII. a p. 928-930.

exhibeatur. Rescinduntur omnino transactiones his causis, inquit. Si instrumenta nouiter repertalitis calumniam prodant uel ueram uel iure praesumptam; si rem *claram* atque certam esse, ostendant, qui transactio non nisi rei incertae; si tantum propter redimendam *uexam* transactum esse, doceant, quod enim ita datum est repetitur, qui datum ex turpi causa: si erratum esse, probent; si denique argumenta exhibeant de quibus transfigentes *non cogitarunt*. Ita Berlichius. Cum uero difficile sit, cuncta haec apud alios ea plenitudo offendit; magis, forte consultum erit, si singula capita, ubi transactionem *nova instrumenta rescindant*, ordine hic reperamus, sententiis *dolorum* corroborata. Princípio igitur si, quod supra (e) docui, *instrumenta* de illis commone faciant transactores, de quibus hi non cogitarunt; doctorum quoque placitis ea locum merebuntur. Ita sentiunt BARTOLVS (f); Paul a CASTRO (g); Aymo CRAVETTA (h); Antonius NATTA (i); Carolus RVINVS (k); Guido PAPA (l); Andreas ALCIATVS (m); Jacob. CVIACIVS (n); Franc. DVARENVS (o); Franc. CONNANVS (p); Cardin. MANTICA (q); Christoph. Phil. RICHTERVS (r); Hieron. TREVILERVS

a] de instru-  
mentis non  
cogitatorum.

F 3

(s); ut

- (e) Capit. II. §. 2. pag. 18-24. (f) ad 1. 5. ff. de transact. (g) Confil. 342. & 377. Part. II. (h) Confil. CCXLII. num. 2. (i) Tom. III. Confil. DXLVI n. 10. 13 p. 171. Inde est quod idem Confil. DXXV. n. 25. p. 126. scripsit; transaction generalibus tantum uerbis concepta non restringitur per instrumenta de novo reperta. Stultus, qui non cogitat, sub uerbis generalibus omnia includit. (k) Tom. I. Confil. 132. n. 6. 7. (l) Decif. Gratianopol. CCXXXI. n. 1. seq. (m) In Comment. ad 1. 31. C. de transact. n. 7. & seq. Vbi in generali etiam transactione, modo non generalissima fit, locum dat nouis instrumentis. (n) Ad 1. 9. ff. de transact. uerba sunt: transactio sine generali, sine speciali non extenditur ad ea, quae cogitata non sunt. (o) Comment. in tit. ff. de transact. cap. 3. p. 75. modo non uerbis generalibus transactione. (p) Comment. Iur. Civil. Lib. V. cap. 6. pag. 356. (q) De tacitis & ambig. Convent. Lib. xxvi. tit. 1. pag. 690. (r) In primis hic legi velum Confil. XLI. n. 44. etiam si uerisimiliter tantum cogitatum non fit.

(s); ut alios praeteream. Qui omnes in casu definitio instrumentis nouiter repertis aurem praebent, non obstante communi transactione. Quod si enim generali *trium* graduum formula transactum fuerit: nos quoque incongruum fore, ut noua iterum instrumenta adducantur, quibus claris uerbis renunciatum fuit, loco citato, sumus arbitrati. Sed quae nouis instrumentis apud *dotores* auctoritas est, si haec transactores arguant *ignorantiae*? Etiam hoc casu cum illis faciunt, quae supra (t) exposuimus. Quod dogma tenent *BARTOLVS* (u); *IASON Maynus* (x); *Paul. de CASTRO* (y); *Antonius GABRIEL* (z); *SOCINV S Iunior* (a); *Sfortia ODDVS* (b); *TRENTACINQVIS* (c); *HONDEDAEV S* (d); *WESENBECKIUS* (e); *TABOR* (f) & recentiores. Non minor numerus illorum est, qui transactionem iure retractandam esse docent, si instrumenta, post reperta *errorem* detegant, qui causa fuerit initiae transactionis, quod nos superius (g) & legibus & rationibus communiuimus. Hoc casu nobiscum faciunt *BALDV S* (h); *Antonius de BVTRIO* (i); *Cz.*

(s) Volum. I. Consil. 7. num. 40-47. pag. 38. loco memorabili. (t) Cap. 2. §. 4. p. 24. (u) Ad 1. un. C. de sententiis aduersi. siscum latis retractandis ubi n. 4. uerbis admodum hac facientibus ait: dicit glossa, quod priuatus non possit infringere [sententiam scil. propter instrumenta ignorata]. Intellige ex hoc solo, quod dicat, instrumenta esse nouitez reperta. Sed, si allegando probaret, quod in prima causa non habuit facultatem producentorum dictorum instrumentorum; tunc etiam restitueretur post sententiam [transactionem] ex clausula generali. (x) Transaction, inquit, etiam generalis non praeiudicat, quoad ea, quorum actiones competere, postea compertum est, quia de iis non praefumitur cogitatum in comment. ad l. 122. ff. de Verbor. oblig. §. duo fratres conf. comment. ad l. 31. C. de transacr. (y) Consil. CCLVII. n. 2. Qui cunctis instrumentis, modo talia sint, quae librem prorsus perirent, locum facit. (z) Conclus. 2. n. 139. (a) Consil. CXXXVIII. n. 158. (b) Part. 2. de restit. in integr. q. 72. art. 3. n. 53. (c) Lib. 3 Refolut. n. 9. modo ignorantia iusta. (d) Volum. 2 Part. 2. consult. 27. n. 6. (e) Tom. 1. Consil. XXI. n. 71. (f) In disputar. VVesenbeckerian. 3. ad 1. 2. tit. 15 pag. 646. modo talia sint, ut constet, actorem non transgisse, si sciunset instrumenta. (g) Capite II. §. 5. p. 29-31. (h) In Comm.

(i); *Carolus RVINVS* (k); *Franciscus Cardin. MANTICA* (l);  
*Paulus de CASTRO* (m); *IASON* (n); *Augustinus BEROIVS* (o);  
*CORASIVS* (p); *Sfortia ODDVS* (q); *ZOESIVS* (r); *Rolandus  
a VALLE* (s); *Clemens MERLINVS* (t); *Henricus GOEDEN* (u);  
& alii recentiores, quos allegat *Matthias BERLICHIVS* (x),  
ut adeo mea citatione opus non esse videatur. Pergendum  
potius est ad illos doctores, qui transactionem super re<sup>d) de instru-</sup>  
litigio/a aut ea, quae iuris manifesti sit fieri non posse & fa-  
mentis, que  
rem omni li-  
te eximant.  
Etiam, omni aequitatis laude retractari adserunt, si hoc ido-  
nea instrumenta convineant. Evidem aliquos hic adeo ini-  
quos esse, reperio, ut manifestis uerbis scribant, transactio-  
nem seruandam esse, quamvis postea luce meridiana clarus  
adpareat, nullam alteri causam, nullum unquam fundamen-  
tum fuisse, quo litem intentaret eaque propter uano quo-  
dam terriculamenta adigeret partē aduersam ad transigen-  
dum, potius calliditatem aut, si fraus absuerit, fortunam in i-  
sto transactore extollunt, quod ex alterius uel incuria uel  
pusillanimitate facilitateque lucrum captauerit transigen-  
do,

ad L. un. C. de errore calculi n. 4. uerba sunt: tertio quaero, an transactio  
revocetur propter errorum. Quia error impedit consensum; ergo non uales  
transaction. Rescinditur stipulatio, quatenus est erratum; ergo idem in  
quilibet contractu. Et haec opinio est uerior secundum Iacob, BVTR.  
& BARTOLVM. Possit dici, quod si uitium formae, quod quatenus est  
uitium, extenus transactio ipso iure nulla.

(i) Qui etiam dubitat, num de errante dici possit, quod transfigat bona fide  
Comment. in Decretal. c. 17. si diligenter n. 14. de praescript. (k) Etiam si  
error sit in facto proprio uolum. i. Conf. X. n. 16. & Confil. CXXXII. n.  
7. (l) De tacit. & ambig. convention. Lib. 26. tit. 1. n. 29. qui neque pa-  
gum multo minus transactionem, probato errore sustineri posse, existi-  
mat, quamvis accesserit religio iuris iurandi. (m) In 1. si ex falsis C. de  
transaction. num. 5. (n) In 1. si ex falsis C. de transact. n. 1. (o) Modo  
error non si nimis crassus Volum. 1. conf. 2. n. 42. aut errori renuncia-  
tum conf. 33. n. 2. (p) In 1. admonendinum. fin. ff. de iure iuri. (q) De re-  
sult. in integr. P. 2. quæst. 73. art. 3. p. 192. (r) In Comment. ad C. de trans-  
act. n. 46. p. 103. (s) Confil. 13. num. 21. (t) Decis. Rorze 621. n. 4. (u)  
Confil. 4. num. 21. pag. 35. (x) P. 2. Decisiōne 263. n. 41. 42. p. 933.

do, qua sententia, uti ex superioribus (y) atque illis, quae inferius dicentur, constabit, non esse potest magis iniusta: aequiores tamen plures esse, reperi, qui ex his causis existimant utique retractandam esse, bona etiam fide ipsitam transactionem. Viri per illustris, D. Samuelu SIRYKU (z) auctoritas hic ab initio alleganda, qui nostrum dogma his verbis tuetur: *In omni transactione requiritur dubietas cause l. i. s. de transact. & obligatio ratione rei ad dationem uelfactum L. 38. C. h. t. Fundamento hoc delirudo, corruit omne, quod superstrudum. Transaction itaque non ualeat, nisi super re dubia & tenebrosa. Et quamvis timor litis satis cause sit, ad transfigendum: hoc tamen de lite tantum probabili intelligendum, non de ea, quae per calumniam moueri posset. Atque in classe ita sentientium sunt: ANGELVS (a); Ludouicus ROMANVS (b); CRAVETTA (c); Ant. NATTA (d); RIMINALDVUS iunior (e); Philipp. DECIVS (f); CVRTIUS iunior (g); OLDRADVS (h); MANTICA (i); Erneſt. COTHMANN. (k); Clemens MERLINVS (l); Modeſt. PI- STOR (m); Ioh. Iac. SPEIDELIVS (n); Bened. CARPOVIXS (o); & qui*

(y) Cap. 2. §. 6. & 7. 6. 31-34. (z) De Caus. Conrr. Sect. 3. c. 7. n. 2. p. 565. (a) Consil. 94. n. 6. (b) Consil. 517. n. 18. (c) Consil. 152. n. 10. & 720. n. 7. (d) Consil. 548. n. 13. (e) Consil. 614. n. 75. seq. (f) Consil. 351. n. 3. (g) Consil. 150. n. 15. (h) Consil. 180. n. 1. ita enim ob turpem causam datum, vexationis uitrandae ergo. (i) De tacit. & ambig. Conuent. Lib. 26. tit. 1. n. 14. (k) Vol. 1. Resp. 28. n. 216. (l) Decif. Rot. Rom. 490. integrata. Non debet, inquit, posterior transaction attendi. Quia nullatum lis, que transfigi poterat. Vnde deficiente lite, usel probabili litis timore & stante clara & aperta dispositione praecedente, quae nullam recipiebat dubitationem, transaction uti de re certa & indubia non subsistit. Timor enim litis futurae debet intelligi de lite probabili, non de uana & confusa. (m) Parte IV. Quæst. 149. n. 28. (n) In speculo f. II. Vbi ring Transaction de re incerta fieri debet ac in specie super re clara & certa facta non ualeat. Sed ipso iure, tanquam calumniosa, nulla est. (o) Part. II. Consil. 35. Def. 23. Vbi plenisime rationibus & auctoritatibus probar, quod res in alium statum uenerit, ex illiquido in liquidum, cadere etiam quod tractauit sit. Vbi mens disponentium ac transfigentium cesseret; cessasse etiam transactionem.

& qui alii opinionis eiusdem. Multo autem magis laudati haec tenus doctores mecum facient, *instrumentis*, quae calumniam uel apertam uel praefumtam (p) manifestauerint aut rem, ut supra (q) exposui, in eum statum deduxerint, a quo incipere non potuerit, *locum tribuendum esse ad retractandam transactionem*. Hoc enim uel ex illis prona consecutione fluit, quod ipsi nobis iamiam largiti sunt: uel minorem, quam illa dubitationem habent, ut adeo naturae quodam iure ab eo, quod minus probabile, ad id, quod maiorem probabilitatem habet, sumere liceat argumenta. Restat ingens auctorum cohors, qui dogmati superius (r) disputato subscribunt, ob enormem laesione *instrumenta quoque post transactionem attendenda esse*. Facile esset, ad exscribendum illos, qui nomina doctorum pro hac sententia integris ceaturiis allegarunt. Mirum est, quam hic inter nimium & parum ab auctoribus peccetur. Sunt alii, qui *affirmatiuam tam certam esse*, dicunt, quam doctrinam Euangeli (s), absit dicto blasphemia! refero enim haec, ut insaniam deploremus, huius generis iustitiae sacerdotum: alii clarissima lumina solem & lunam testes aduocant pro negativa (t): tertium genus eorum est, qui existimant,

G. hanc

(p) Alii dicunt, calumnia seu dolus alius est rei; alius animi: alius verus; alius praesumtus. Ille cum fraude coniunctus est; hic etiam comitem habere potest bonam fidem; sed colligi ex enormi laesione supra cap. II. §. 7. p. 33. & §. 9. p. 37. 39. ea de re actum est, Addatur MANTICA de ambiguis conventionibus Lib. XXVI. tit. 9. n. 15. Enormis laesio testatur de caluminia & dolo & quidem euidenter. si quis cum alteri 36. ff. de V. O. nam quod ex praesumtione iuris apparer euidenter constare dicitur. Nos vero supersedemus opera allegandi doctores in illis rebus, quae iuris sunt manifestioris. (q) Cap. II. §. 8. p. 35. ubi libri commentarii instar addi potest CARPPZO-VIVS Part. II. Confir. 2. 35. def. 23. (r) Capite II. §. 9. & §. 10. (s) Paraconomini ICri famosissimi, quem feruor disputandi adeo in transuorsum egit. (t) Id facit Rolandus a VALLE Volum. IV. Consil. 29. integro, ubi

e) Si instru-  
mentaenor-  
mem laesio-  
nem doce-  
ant,

hanc quaestionem tantis difficultatibus irretitam esse, ut spes omnis decollet, nisi ad gordum hunc nodum soluendum Alexander ueniat, id est, quod petunt (u), Caesar in Imperio nova eam *lege* decidat. Propugnamus nos *affirmatiuam*, cuius & *rationes* (x) supra deditimus & consuetudines forenses(y). Nunc uero id tantum supereft, ut doctores quoque, expedita iam cauia, patronos aduocemus. Quamuis enim super re *cogitata cognita*; *perspecta litigiosa*; quae requisita sunt transactionis, bona fide initiae, transactum sit, arque res ipsa in eo adhucdum *statu* versetur, quo fuerat tempore, quo transactores pepigerant, quorum omnium rationes haec tenus habuimus sigillatim: tamen, si *instrumenta* manifestum reddant plusquam dimidia parte alterum laesum fuisse, rescindentiure transactionem. Cum uero huius argumenti auctores in utramque partem ab aliis tanta iam olim sollicitudine conquisiti atque laudati sint; non si gillatim nomina eorum recitabimus, sed, taedii uitandi ergo, recensebimus illos tantum, qui eiusdem sectae doctores cateruatum protulerunt. *Rolandus a VALLE* (z) quamuis aduersae partis, cui ipse calculum adiicit, *quadraginta tres* nominet: idem tamen illorum etiam *triginta tres* numerat, qui *affirmatiuam* nobiscum contueantur. Omiseros homines, qui errantium numero ueritatem aequitatemque metiuntur! Et quis, quaeſo! *omniscium* fecerat *Rolandum*, ut tanta confidentia definire audeat *ſchedas de eorum*. Has enim omnes infexisse, hominis actatem longissime excedit, multo magis vires cauſidici, cuius otia occupant lu-

---

ex instituto agit contra ius rescindendi transactionem propter enormissimam laesionem. Arque hoc gloſae dogma idolum suum appellat, quod colore uelut & nauiculam, qua deferatur ad portum ueritatis. (u) *Mach. COLERVS* consil. g. n. 6, hoc uouet. (x) Cap. II. § 9. (y) Cap. II. 4. 10. ubi proinc alia Germaniae noſtras statuta quam plurima adducta fuisse, reperies. (z) Volum. IV, Consil. 29. integr. o p. 95.

lucroſi proceſſus. Sane uel *Cardinalis MANTICA* (a) clas-  
ſem Rolandinam longe uincit. Multos etim ſuo iam tem-  
pore allegauit *Iofephus LUDOVICVS* (b); & plures pro utra-  
que etiam parte *Andreas FACHINEVS* (c). *BAROBSAM*, *LV-*  
*CAM*; *TVSCHVM*, grandia iſta uolumina, fruſtra commen-  
do. Quis enim dubitabit, ex hiſce armariis, ad utramque  
aciem inſtruendam promi poſle agmina doctorum. Vi-  
cit omnium hic fere induſtriam *Andreas PINELLVS* (d),  
quem etiam plerique exſcribunt. Neque parcus in citan-  
dis ſectatoribus eſt *Clemens MERLINVS* (e). Ex noſtris  
prae ceteris nominari debent! *Cti SAXONICI*, propter Con-  
ſtitutionem Auguſti, ſuo loco celebratam (f) atque inter  
hos non inſimum locum meretur! *Ctus eleganter doctus*,  
*Petrus HEIGIVS* (g). Poſt hunc euolui meretur, aliorum  
ſat copioſus laudator, *Erneſtus COTHMANNVS* (h). In Sa-  
xonía hoc doigma Principi ualde commendaffe legitur  
*WESENBECIVS* (i) & ante illum *Henric. GODEN* (k). *CAR-*  
*POZIVM* (l) quilibet, me non monitore, conſulet. Ne-  
que minoris ponderis eſt *Christoph. Philipp. RICHTER* (m),  
cuius hoc in argumento candorem ualde aeftimo. Addat,  
qui uelit recentiſimos *MAVRITIVM* (n), *Iob. Wolfgang. TEX-*

G 2 TO.

- (a) Lib. XXVI. de ambig. conuention. tit. 9. integrō a p. 711. ad p. 718. ſtatque  
is pro affirmatiua, aduersis argumentis, magna ingenii & iuris peritiae  
laude, diſſolutis. (b) Decisionum Perufinarum XVIII. a. n. 44. ad n. 66.  
qui affirmatiua subscriptis. (c) Lib. II. controuersi iuris c. 26. integrō,  
ubi ſolam hanc queſtione pertractauit, atque affirmatiua locum fecit  
aduersaque rationes diſſolut ac diſſoluit. (d) Ad 1. 2. C. de reſcind. uen-  
dit. ex iuſtituto. (e) Decif. Rot. CCXXXIV. integra. (f) Cap. II S. 10.  
(g) Part. II. Quaſtione IX. pag. 89-96. ubi & auctores conquirit & leges,  
magna ordinis, ſyli, iudicique luculentia. (h) Volum. I. Reſpons.  
XXVIII. n. 221. (i) Conſil. XXXI. num. 13. Conſil. XLII. num. 72. (k)  
Conſil. XC. pag. 508. (l) Part. II. Conſtit. 34. Deſin. 1. (m) Conſil. XL.  
n. 44. ſeqq. Qui etiam iuſtrumentis locum facit, ſi illa re non cogi-  
tatae, erroris, ignorantiae arguant tranſactores. (n) Conſilior. Part. III.  
p. 184. num. 68.

TOREM (o) &, quem primo loco nominare debueram,  
*Ferdinand. Christoph. HARPPRECHTVM* [p] qui non solum  
affirmatiuam forensium praeiudiciorum robore stabilit;  
sed etiam transactionem, ubi nullam subesse litem, per  
instrumenta nouiter reperta constet, usque adeo nullam di-  
cit, ut neque per uiri pacti in quo plures errant, subsi-  
stere queat.

*Per oratio ad  
vulneratos  
in sua causa  
transactiones.*

§. XII. Bono igitur animo sint transactores, hoc gene-  
re pacti in causa sua laesi vulneratique. Remedia illis su-  
perficiunt ad pristinam earum ualeitudinem integratamenque.  
Vana terriculamenta sunt, nullam rerum transactarum  
medelam. Quamuis enim, quod in postremo capite ui-  
debitimus, omnes fere doctores, hoc virus euomant: frustra  
in iure de quo semel transactum sit, praefidum quaeri in  
postea repertis instrumentis; veritas tamen in aprico posi-  
ta est atque illis ipsis professa, qui, prima faciae, uestrae  
causae admodum inimici esse uidentur. Admittunt tci-  
cet testes, tabulas, schedas ac INSTRUMENTA quaecuunque  
alia etiam post transactionem, quoties

uel rei aut argumenti, non cogitati uos admoneant;  
uel ignorata uobis manifestent;  
uel admissum a uobis corrigant errorem in uiamque uos  
reducant;  
uel omni dubitatione iura uestra eximant aut litem ca-  
lumniosam esse, ostendant;  
uel aliam rei faciem inducant, atque statum mutent;  
uel denique nostram laesionem, uobis scientibus  
inflictam, nimis enormem esse comprobent:

In quibus singulis hactenus & rationes uidistis. & leges do-  
do.

(o) Decis. XVI. num. 13. pag. 69. (p) Volum. I. Confilio XXX. quod, ut  
cetera omnia uiri industriae ac iudiciosisimi, momenta in hoc genere ha-  
bet, prae aliis cunctis hic consuenda.

*dores quoque confessoresque ac testes veritatis. Quae magis obvia & uulgaria sunt; si turiosus, mente captus, prodigus minorenus aut, qui sui non iuris est, transfigat: si de re transfigatur quae non in potestate transactoris: si dolus, metus & fraudis aliud genus causam det transactioni, si porro in causis reipublicae (q) & Ecclesiae; item de alimētis, hereditate rebusque aliis transfigatur: illa omnia, quia toties cum uniuersim in iure; tum signifikat in libris peculiaribus (r) tractata sunt: hic omitto. Prouocauit nuper ad nostrum hunc laborem Achatus OKELIVS, iurum Licentiatus in dissertatione inaugurali, quam nū perrime Erfurti defendit. Quapropter lectorem ad lucubratiunculam istam luculento calamo scriptam, honoris causa, remitto (s).*

CAP. III. ATQVE VLTIMVM  
Argumenta aduerius ius retractandi  
transactionem, nouis instrumentis repertis, e-  
orumque discussio ac dissolutio.

## §. I.

POSTquam igitur per hactenus dicta abunde constat, ra-  
tionem aequitatemque & publice sanctitas leges, do-

G 3

Dissolutio-  
rum, qua-  
dogmati no-  
stro obflare  
uidentur.

(q) Quid sentiendum de uulgari iuris axiome, non posse rescindi trans-  
actionem, nouis instrumentis repertis, nisi causa sit publica, in ultimo  
capite commodior locus erit, ut exponatur. (r) Ex instituto de transa-  
ctione scripsierunt Iohannes Baptista CACCIALVPIVS; Petrus LORIOT-  
TVS; Franciscus CVRTIUS uno volumine iunctim editi Francof. ad  
Viadr. 1586. 4. Magis noti sunt: DELRIO: BORCHOLTUS; RICHTER-  
RVS; VVESENBECIVS; VINNIUS; HAHNIVS; Ferdinand, Christ,  
HARPPRECHTVS & plures forte alii in peculiaribus libellis de trans-  
actione. (s) Opusculo nomen est, de iure rescindendi transactionem,  
ubi §. 23. pag. 25. ad nostram hanc dissertationem sua remisit.

Etorum etiam non paruum numerum *instrumentis*, post transactionem repertis, locum facere: illud restat, ut nunc quoque expediamus, quae huic dogmati obesse, videbuntur. Evidem non levium cum armatura tot doctorum agmina in acie conspicimus, quorum castra multis legibus iestructa ac circumsepta sunt: tentabimus tamen, cum si gulis sigillatum congregari, ut robur ac momenta facilius deinceps liceat uniuersim aestimare.

VViechbild  
Magdeburg.

§. II. Principio maximam rerum semel transactarum in Germania, antiquis quoque moribus auctoritatem suisse, uel ex unico loco liceat ostendere. Ita enim WICHBILDO MAGDEBURGENSI (a), scriptum atque lancitum esse, reperitur: *Transactio uel stipulatio si facta sit, & eam PRINCIPALIS uiolet, conuictus, ut iuris est, per iudicem & scabinos, pro homicidio COLLUM demeretur.* Ut adeo capitali poena ultimoque suppicio, antiquis moribus afflicti sint rerum transactarum transgressores. Resp. Principio hic monendum, hanc Goldasti uersionem minus congruere cum textu Germanico (b), ubi uerba haec sunt: *Wo ein Sün [Orphed transactio ut glossa (c) habet] gescht / oder ein rechte Gewehr wird gethan / bricht sie der Sachwald und wird er desz überwunden / als recht ist / mit dem Richter und mit den Schäppfen / um eine Wunde / [si uulnus alteri transactori propter causam, transactioni propter causam, transactione sublatam, inflixerit] Bertheilt man Ihm die Hand / um einen Toden den Hals [nam moribus Saxonis homicidia poena capititis non mulctabantur, casu excepto violatae transactionis]. Bricht sie aber ein ander / er muß sie büßen mit seinem ge-*

(a) Articulo LIII, de transgressoribus transactionum, edit. Goldast. (b) Art. LIII. des Magdeburg Viechbildeß p. 21. editionis Zobeliar. ae. (c) I. auct. glossæ des Sachſ. Land-Richts Lib. I. artic. VIII. pag. m. 13.

gesetzten Wehrgeld [scilicet si cum clausula commissoria certae multae transactum contra transgresores] um die Wunden neun Pfund / und um den Todschlag achtzehn Pfund. Er möchte es denn entgehen als recht ist. Atque ex hoc demum legis contextu patet; quod non tam in crimen ruptae transactionis, quam fractae pacis publicae hic statuatur. Scilicet ob instrumenta, nouiter reperta, transactioni poterat obuiam iri uel publica iudiciorum auctoritate uel priuata rei vindicatione. Non de illo; sed de hoc tantum calo textus poenam sumit, quod etiam glossa [e] vult. Inno propter noua forte instrumenta transactiones Saxonicae etiam moribus retractari potuisse, per ultima legis uerba patet, modo iudicii ordinario causae cognitio atque decisio tuerit delata neque priuato quis ausu violauerit transactionem. Indicant hoc ipsa legis uerba: Er möge es denn entgehen, als recht ist. Iuri autem congrua ratione transactio retractatur, si & causae legitimae sunt, ex novis instrumentis erutae, & iudiciali processu, non ausu priuato persecutio iuris suscipiatur. Ut adeo uetusissima Magdeburgensium Seabimorum sanctio nostrae potius causae faueat, quam eidem obesse, videatur.

§. III. Sed cum ab antiquis patriae legibus ciues nostri pridem desuetasti sint, qua causa non definierimus: potius in medium iuris Romanii decreta aduocanda sunt, quae in Germaniae foris hodienum regnare, reperimus. Nolumus iam de ordine solliciti esse: sed ut quaelibet lex se nobis obtulerit, ita eandem explicare conabimur, ut nequeat nobis obesse. Principio L. 20. C. de transact. firmitate.

(c) Verba sunt. Brüche er die Ehe mit Gewalt / man rächt über ihn / als einen Freiberecht / brüche er aber die Ehe mit Flug / dieser verlobet hätte / er müßt dasselbe Recht darum leiden.

mititudinem transactionum ex idonea causa his verbis commendare uidetur: *Si quidem nihil ita fidei congruit humanae, quam ea, quae transactoribus placuerant, custodiri.* Congrua huic legi sunt verba: *l. 1. ff. de Patis.* Resp. Omnino quidem dicendum esse, quae semel placuerunt, deinceps displicere non posse. Sed placita *scientiam* requirunt & *voluntatem* *l. 76. ff. de R. I.* In qua igitur *transactio-*  
*nre alterutrum defuisse, per noua instrumenta patet, eam*  
*leges quoque Romanae non placitum dicunt, sed decep-*  
*tionem l. 5. ff. de transact.* Accedit, quod haec lex ita  
*restringi debeat: tam diu custodiendam esse fidem huma-*  
*nam, quam diu idoneae non ad sint causae, quae optimo*  
*eam iure perimant. Sed illae tuperius (f) a nobis sunt*  
*recensitae.*

*l. 10. C. de  
transact.*

*§. IV. Non minoris momenti argumentum con-*  
*tra dogma nostrum touet l. 10. C. de transact. nullus,*  
*etenim litium finis, si a transactionibus, bona*  
*fide interpositis, cooperit facile discedi.* Resp.  
 Est haec ratio, quam communiter urgent doctores, ut au-  
 res obdurent ad instrumenta post transactionem in medi-  
 um prelata. Sed tristitia sunt. Principio enim negatur,  
 nullum litium finem esse, si a transactionibus facile disce-  
 datur. Ordinaria enim remedia, id est *iudicia* forensia,  
 supersunt, quae, transigendi iure prorsus sublati, lites com-  
 ponere queunt. Et quid? si partes litigantes nullas un-  
 quam transactiones admisissent: sed, quod hodie plerum-  
 que fit, rigoroso procello, quam amicabili transactione  
 ius suum experiri maluissent? Deinde alia quandam rei

*iu-*

(f) Capite II, Integro quinque aut sex casibus, ad quos subinde hic prouocamus,

iudicariae facies. Eo enim tempore, quo non quotidie, non hebdomatim, neque mensibus singulis iudicia forensia habita fuerant, pleraeque controuersiae per arbitros aut transactio-nes priuatim debuerant componi. Hodie vero cum in omnium locorum angulis iudicum subsellia sint, modo hi, quod officii eorum est, facere uelint, felix esse atque litium aeternitati ob exponi poterit in republica, quamuis a transactionibus ciues prorsus sint desuefacti. Sed hoc circuitu in allegata lege opus non est. Non illa discedere prohibet a transactionibus, si iustae causae sint, sed tantum, ne ab illis *facile*, id est, leuissima quauis occasione recedatur, commendat.

§. V. Ita uulgi quoque sermone commendatam esse aiunt, Paroemia iu-  
ris.  
 transactionum firmitudinem, ut quoque in proverbiu*m* iuerit:  
*potiorē effe macilenta transactionem, quam pingue uidoriā.*  
 Es wäre besser ein magerer Vergleich/ als ein fettes Urtheil.  
 Quo ipso non solum, quadam populi uoce, p̄aeferantur iudicariis processibus *transactiones*, sed etiam has cum aliquo iuris suo damno seruandas esse, comprobetur. Quamuis per incorrupta rerum *instrumenta* de potiori iure postea constet.  
 Est haec paroemia, quam omnes tere ICti, aequitatis amore conspicui, in ore ac calamo circumtulerunt. Inter quos sunt FRANZIUS (g); KNICHENIUS (h); ZIEGLERVS (i); & nouissime uir stupendae industriae, publici priuatique iuris callentissimus Iob. Nicolaus HERTIVS (k). Verum, ut taceam, eius generis regulas laepe, licet in sermonem plebis iuerint, in iura & quietatemque impingere. Nostra sane de corruptis iudicū atque iudiciorū morib⁹ tantum intelligi debet. Quod si enim iudicia sibi bene conſtent, mallem lites sententiis peragi,

H

quam

(g) Lib. III. Resolut. XX. num. 38.  
 III. num. 73. pag. 365. in verbo IVS.

(h) De Sax. non provocandi Iure c.  
 (i) In Dicastic. Conclus. XXII.  
 (k) In tractatu singulari de Paroemias, iuris, Paroem. XI.

Transactio  
hodie an  
comandan  
da?

quam transactionibus. Atque ita *Andreas KNICHENIVS* (1) proverbium hoc in illis solum iudiciis laudat, ubi causae per centum & plures annos protrahantur. Verba eius sunt: *Litigantibus in Camera transactionem summopere suadere soleo. Difficile enim est sententias obtinere, difficilior executionem, praesertim contra potentiores, in qua tamen omnis stat uictoriae nervus. Utilius macre concordium, quamuis pingui sententia. Litigare cum pari anceps, cum superiore furiosum cum inferiori sordidum putatur. Ut taceam, non iustificis causis nisi axioma, sed tantum utilibus; & utiles quoque cessare in bene ordinatis iudiciis. Contra uitii in propriis causis caeci esse, dicimus, quodam affectuum glaucomate occupati: ita parum idonei aestimatores ac arbitri erimus iurium nostrorum. Medici in propria ualeutidine alios consulunt: & felicissimos alienae litis patronos suas causas aliorum doctorum calamo committere, uidemus. Accedit, quod plerumque transactorum unus alio esse soleat magis in iure peritus uel ad fraudem & simulationis artificium magis callidus ac uerlatus ad circumueniendum. Atque eapropter ego existimauerim, inter mille etiam transactiones uix unam reperiri, quae iustitiam aequitatemque non insigniter vulnerauerit. Et, bone Deus, si, quod plerique doctores faciunt, finita semel transactione, nullis instrumentorum remedii locum faciendum esse, dixerimus: quanta; quod dicitur, porta aperietur ad impunes laesiones & quis tandem bonus animus sumet ad transigendum? Exulare haec causa mallem & republica omnes transactiones & iudiciorum morbis diligentem potius curam atque medelam adhiberi. Ita enim litem decident rerum gnari atque a partium studio liberi; ita uersutiae, fraudes, praestigiaeque minus poterunt; ita bonae causae minus oberit, male defensam ac propugnatam tufile; ita demum supplebit nobile iudicis officium, quae uni aut alteri deesse, videantur.*

§.VI.

(1) In Commentat. de Saxon. non prouocandi iure cap. alleg. III. n. 71. p. 365.

§. VI. Sed dicent aduersi dogmatis patroni, quid hisce  
opus est ambagibus? Clarissima lex adest, quae ru-  
borem aliter docentibus excutere posuit. Scilicet *L. 19. C. de transactione*  
*C. de transact. quam recitabimus: SVB PRAETEX-*  
*TV INSTRVMENTI POST REPERTI, TRANSACTIO-*  
*NEM, BONA FIDE FINITAM, RESCINDI, IVRA NON*  
*PATIVNTVR.* Ad hanc aram confugunt, hoc numen co-  
lunt, quotquot *instrumenti*, postea repertis, irreparabilem in-  
ferre cladem, id est, omnia iura negare, conantur. Opera igit-  
ur nunc danda est, ut hunc obicem, ueritati diu ac tanto adpa-  
ratu obiectum, remoueamus. Evidem nullum hic praesidi-  
um apud interpretes, nullum apud doctores consilium: o-  
mnium una vox, eadem doctrina est, contra transactionem  
nihil posse, post reperta instrumenta. Et quamvis aliqui,  
quos tanto numero superius (m) recensuimus, in hypoth-  
esi mitius sentiant, causae saepius aequitate moti, tamen iidem  
postea titubant atque ad hanc legem contremiscunt, ut in  
thesi deinceps rem confici posse, iterum diffidant. Maior ea-  
propter in *consiliis* ac *decisionibus* hic candor: minor longe in  
*commentariis* ac *systematibus* (n). Non miror, ueteranos istos  
*Paulum de CASTRO* (o); *Alexandrum Tartagnum IMOLENSEM*  
(p); *BARTOLVM* (q); *BALDVUM* (r); *IASONEM* (s); *Bartholo-*

H 2

mae-

(m) Capite II. §. II. a pagina 49. ad pag. 60. Qui consuli debent, ne omnibus hel-  
lum indixisse, uideamur. (n) Haec causa est, quare consiliorum ac decisionum plu-  
ra, quam systematum uolumina capite II. §. XI. superius laudata reperiuntur. (o) In  
Comment. ad h. legem n. 4. Quamvis hic de iure rescindendi sententiam potius agat,  
quam de transactionibus. Sed facilius existimat, transactionem rescindi, quam sen-  
tentiam. (p) Ad hanc legem n. 6. ubi, si instrumenta ignorata fuerint, sententiam  
rescindi ait. Ergo ob eandem causam etiam transactionem. (q) Is nihil dubii mo-  
uer; legem iisdem tantum verbis repetit. Sed idem alio loco ad l. un. C. de sen-  
tent. aduers. fisc. addit: modo non constet, instrumenta alteram partem nesciuissent.  
(r) Verba huius sunt: emergens facultas probationis non uitiat transactionem.  
Quia est finis litis; ergo terminus probationis num. l. comm. ad h. l. (s) Conci-  
nit hic Bartolo num. l. 2.

*museum de SALICETO* (t); *Ludovicum ROMANVM* (u); *Raphaelem CVMANVM* (x); atque interpretes eius generis innumeros alios, quos enim hic laudaui, illos ipse, otii perdendi causa, euolui, citatam legem tanto rigore instrumentis, post transactionem repertis, opponere. Ut enim taceam, quod auctoritas unius centum alios facile in eundem errorem seduxerit; sane id dolendum est, quod, cum Philosophia toties in rebus fidei cum immani quadam tyrannide regnauerit, eandem iurisprudentiae uestibula ullo tempore uix attigisse. Viderunt plures, legem iniqua praecipere: sed quo remedio ad iustitiae & rationis normam illa exponi deberet, ignorarunt. *BARTOLVS* (y) & *Alexander de IMOLA* (z) ueniam iustae ignorantiae dant, si constet, instrumenta transactorem, nulla culpa sua, latuisse. *Vtrum cesseret rescripto principis?* in conscientiae? documenta nanciscatur, in integrum restituere posit (a). *Theologoi euangelicam* (b) denunciationem commendant aduersus illum, qui noua instrumenta aspernetur, adeoque, sciens rem alienam usurpando, peccet, quod adprobat *Ludou. MOLINA* (c).

An-

(t) Peculiare nihil is habet: nisi quod instrumentis locum faciat in causa publica & ceteris. (u) Baldi ac Fulgoſi uerba hic repertis. Quorum alter dicit: quod si reus, sciens se debere, transegerit, noua instrumenta efficiūt habere. (x) Ceteris hic fere antiquior est, sed nil praeter legem habet. (y) Quod pluribus prodidit in libro commentario ad l. un. C de sentent. aduers. fisc. cum scilicet allegat actor vel reus, se reperti nuper instrumenti facultatem non habuisse. (z) Ita sentit in libro commentario ad l. 29. C. de transact. (a) Sententia est RIMINALDI Cons. 614. n. 75. seq. Quia licet princeps rescindere non posse rem indicatam tam hoc possit, si nouae probationes in medium proferantur l. 27. Diui fratres &c. de Poenis. (b) Ad formam cap. XIII, nouit ille X. de iudiciis. (c) Tractat. II. de iustit. & iure disputatione. 556. Evidem, ait, transactio ualida quoque est in conscientiae foro, esto postea ex scriptura aliqua publica evidenter constet, rem ad alterum iure pertinuisse. Accepit alter aliquid, ut remitteret ius, quod praetendebat. Quasi venditio aut permutatio facta iurius controversi cum re in transactione data vel promissa. Venerum post addit: ut uero talis contractus iustus sit, prudentis arbitrio, seruata sit aequalitas, ut tantum pro recessu ab actione fuerit datum: quantum ius istud in hominem aestimatione ualebat. Secus, in foro conscientiae peccat. Displacent nobis pri-

818

*Andreas autem ALCIATVS (d), nihil hic remedii agnoscit, uel praesumtione adiuuanda?*  
 Quod ei cum ceteris condonari posset: modo non rationem legis fingeret ualde inertem. Scilicet dicit, quemlibet presumendum esse transactorem, antequam transigeret, credisse, noua instrumenta & emergentes causas postea repertum iri. Quae, cum semel eis nuncium miserit, nullo demum iure repetere queat. Superius (e) iam tassus sum, si transactio uel directe uel indirecte renunciationem instrumentorum, postea repertorum, adiunctam habeat, daß durch solchen Vergleich alle Rechts-Gründe nicht allein diejenige welche bereits angeführt worden / sondern die auch noch fünftig ausgefundnen werden möchten getilgt und abgethan seyn solten: nullam nobis cum aduersa parte controuersiam esse. Verum id ab eo, qui hoc adserit probari debet, nullo autem iure praesumi. Quoniam transactio stricti juris est neque ad ignorata instrumenta potest extendi arg. l. 5. & 9. §. 1. ff. de transact. & l. 31. C. eod. quae potius animo donandi claris uerbis opponitur l. 1. ff. eod. Quadam uero liberalitate & filiorum opus est, si transactor nuntium mitteret instrumentis, nullo iure sublati. Taceo, renunciationem juris non quam praelumi posse, ut significanter praecipit l. 27. §. 4. ante omnia ff. de padu. Quapropter in quoquis actu ea temper capienda est interpretatio, ut ius alterius, quoad eius fieri possit, minus laedatur. Et si cui plura competant iura uel iurium instrumenta: si unius renunciat, non propterea censeatur renunciatum alteri (f). Alia igitur medela quaerenda est, qua legem hanc, nostro dogmati congruam & consentientem habeamus. Principio tenentur H. 3. dum

*ora. Partim quod aestimatio illa normam non habeat, ad quam exigi posse: partim quod non tam metu iuris, quam consideratione iuris transfiguratur, quo destructo, titulus quoque expiret, quo alter iuste possidere queat. (d) In libro commentario ad l. 39. C. de transact. pag. 319. (e) Capite II. §. 9. (f) Confer. easp. ll. §. 3.*

Vel tantum  
loquatur de  
rescissione  
ipso iure?

uel non tam  
de re litigio-  
sa; sed tan-  
tum de fun-  
damento li-  
tis?

dum est, controversiam forte & olim suisse inter doctores, utrum ipso iure rescindatur transactio, an uero ope restitutionis in integrum. Verba igitur, *per noua instrumenta non rescindere transactionem, de illo tantum modo disponere posunt: salvo tamen hoc.* Scilicet subsistere quidem transactionem, bona fide initam: sed *cavam tantum, si noua instrumenta idonea sint, in integrum restituui.* Vbi uero dolus ac mala fides transacti-  
oni ortum dederint, ibi ipso eandem iure nullam censer. At-  
qui nobis uel tum satis est, nouiter reperta instrumenta contra  
transactionem prodesse, quicunque demum eis in iure proces-  
sus definiatur. Et sane calus est, ubi noua instrumenta transac-  
tori prodesse queunt, salua prorsus inita transactio. Ha-  
bес eundem apud Iacobum CUIACIVM: (g), quem in margine  
graui ex causa descripsimus. Postulo Tusculanum praedium  
*ex testamento;* negat alter. Transigimus. Finita transactio  
reperiuntur demum codicilli, qui me dominum faciunt Tuſcu-  
lani. Quid iuris? frustrane erit, codicillos reperisse, quia *prae-*  
*textu nouiter reperti instrumenti* non rescinditur transactio.  
Aut si codicillis locus est *l. 3. §. 1. f. de transact.* num transactio-  
nem *ipso iure* tollent, an uero beneficio *restitutionis?* Neu-  
trum dicit Cuiacus. Subsistet potius omni iure transactio, quan-  
tum ad rationem *testamenti,* cui nuntium misi transactor: sed  
frustra haec ad codicillos extenditur, quos uel ignorauit uel non  
cogitauit inter transigendum. Eius generis innumeri casus ef-  
fingi possunt: si probe teneatur *transactionem,* nisi formula clari-  
suerbis aliud doceat, non *rem* postulatam (scilicet Tuſcu-  
lum praedium) sed actionis *fundamentum,* id est uires testa-  
menti perimere. Breuius, in transactioне non *rei litigiosae,*  
fed

(g) Tomo II. Opp. in libro comment. ad ff. tit. de transact. l. 3. p. 131. Qui transegit, inquit, de testamento, non de codicillis, si ex codicillis agit, quid opus haber restitutione? Tunc duntaxat restitutio necessaria est, cum ad eam *rem* (ad idem instrumentum) a qua deiecit sumus, reuerti volumus. Sed in hac specie de testamento duntaxat trans-  
actum, de codicillis nihil cogitatum atque adeo etiam nihil transactum est.

sed tantum intentatae *liti* renuncio. Salua igitur esse potest transactio neque per eam semel sopiae lites refusitantur; quamvis locus fiat nouiter repertis instrumentis, id est, argumentis nulla unquam transactione uentilatis. Qua elenchi, quod dicitur, ignoratione expensa, manifestum fiet, a docto-ribus allegatam legem casibus innumeris opponi, quos ipsa nec quicquam attingit. Sed proprius ad rem atque interpretationem, quae textum nostra doctrinac ea claritudine conciliatum reddet, ut nihil dubitationis superesse videatur. Largi or ego, *praetextu instrumenti postea reperti*, quod lex dicit, *non rescindi transactionem*: sed tribus uerbis addo, *transactionem intelligendam esse GENERALEM*, in qua *renunciatio facta rebus, argumentis, personis*, quibuscumque demum aliis nouae litis remedii, etiam si haec *ignorata, errore inuoluta aut non cogitata* fuerint inter transigendum. Quae formula cum genera superius (h) exposita sunt. Atque hoc demum casu frustra esse, ut, inita semel transactione, instrumenta postea reperta iterum a transactore proferantur, qui cunctis nuntiis misit in formula transactionis, nos quoque scripsimus in locis ad marginem allegatis. Ad cuius tentiae & explicacionis firmitudinem plurima faciunt. Principio legi huic respondere & quod dicitur, parallela esse, uidetur l. 29. C. de transact. supra (i) 29. C. de a nobis recitata. In illa enim claris uerbis legitur: *sub praetextu specierum, post repartarum, GENERALI transactione finita, rescindi eam, iura prohibent.* Deinde etiam hinc esse uidetur, quod legislator non dicat, nouorum instrumentorum *CAVSA* non rescindi transactionem; sed tantem *PRÆTEXTIV* eorum. *Praetextum* uero *CICERO* (k) *simulationem*; *TACITVS* (l) ob-

(h) Commendari loca superiora Cap. I. §. 6. & Cap. II. & 3. omnino debent, ut rite constet, quam nos transactionem dicamus, ex parte tantum arque omnibus deinceps numeris absolutam. Euolui etiam debet capitis II. §. 9. ubi ad nostram doctrinam l. 29. C. de transact. explicata fuit. (i) Cap. II. §. 9. (k) Quod obseruat ICtus Guilielmus BVDAEVs in comment. Lingua & c Gracc. p. 257. in uerbo, πρόσημα.

uel, ut nostra sententia,  
tantum valeat in transactione generali?

Probatus  
hoc a) ex le-  
ge parallela,  
b) ex uoca-  
bulo, praetexto,

(l) ob-

